fo
37053

TIBERij

in Opa Pha.

Arist.

EE·2·20·

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala Est. Tab. Núm.

1ª
37053

Num. 38. cax. 6. num. 12.

(1)b16151306

Tiberij Bacilerij Bononienſis lectura in octo libros de auditu naturali Ariſtotelis: & ſui fidiſſimi cõmẽtatoris Auerrois: quã illo legente ſcholares pa pienſes ſcriptitarunt. Anno. M D. ccccciij.

Cum gratia & Priuilegio.

Hieronymi Sabloneti Patritij Mantuani. Tetraſticon ad condiſcipulos.

Ecce patent aditus. nature obſcura nitеſcunt
Dictaq; Ariſtotelis iam patefacta manent.
Ingenio prodeunt phyſices reſerata Tiberi
Dogmata. non omni cognita phyloſopho.

Illustri atq; Excellentissimo.d.Jafredo Caroli senatus Mli presidi iustissimo
Tiberius Bacilerius Bononiensis.S.P.D.

In florentissimis grecoꝝ:ꝛ arabum:necnō ꝛ latinoꝝ familijs diu versatus:illustris atq; excellētissime princeps:latinoꝝ tandē.Alberti.s.Thome:Scoti:Egidij:Frācisci:Gregorij ariminēsis:Subgerij: Joānis de bacone carmelite:ceterozūq; latinoꝝ phȳam ꝛ theologiā imitādas mente: aioq; proposui. Hi enim lumini naturali:ꝛ supnaturali suis in monumentis altissima ꝛ ꝓfundissima satisfaciūt inuestigatione:quoꝝ luminum altero: adipiscitur homo disciplinas quas humana adinuenit ratio. altero vero:sacrosancte romane ecclesie auctozitatibus:firmissime:fideliterq; cōsentit. Non tñ tales (fateoz) euasissent latini:si greci ꝛ arabes nō antecessissent.Cū itaq; bozū fauoze ꝛ beneficio:parduas omnes Aristotelis ꝛ Auer.de naturalibus:diuinisq; rebus sententias superiozibus annis in hac florētissima Ticinensi acādemia claras fecerim: que pobscure oībus antea videbanꝫ fuere quibus operepreciū visum est: postq; me legēte illas scriptitarunt ꝛmpzimendas curare:atq; in publicū edere:qđ cū factū esset:ne vt post absq; certo rectoze:veluti a patre in multitudine ꝟberrarent:meū ꝟdieci nomen. Et tue dominationi cōsecraui.Nunc igitur que in octo libzos auscultatozios discussera:in vnum volumē collecta in publicū tue amplitudini dicata ꝓdeunt:sciunt vniuersa Italie gymnasia studiū Ticinēse boc tpe celebratissimū ꝛ bti ꝛ esse:quo tuo felici moderaꝫ impio.Nunq; ego (vt ingēnue fatear):phari cō mode potuissem:nisi illustris.B.tua bonozis ꝛ vtilitatis mee diligētez habuisset,rationē. Quare si qđ ornamenti sit hec nostra elucubzatio posteritati allatura:id totum,beneficio tuo se ꝓsequutā existimet valeat.B.tua cui me comendo. Batū Papie,1506.kall.Octobris.

Jacobi Georgij de Scōsaluatoze Montisserrati de dicolos tetrastrophos ad lectoreꝫ.

Qui cupit falsis resecare vera.
Semper a doctis logicam sophȳstis:
Doctus:ꝛ solers alimēta sumat
phȳlosophoꝝ.
Sicut illustrat radijs olimpum
Phebus:ꝛ notus tenebzas repellit:
Sic suam claram phȳsicen relinquit
iste libellus.
Ille facundus Socrates magister:
Et pater fandi moziens reliquit
Huic suas dotes:tribuit diserte
munera lingue.

Joannis aloysij Cademusti Patritij Laudēsis ad lectoꝛē Epigrāma.

Lectoꝛ? Aristoteles si hac tempestate vigeret
Dictet eo melius quis sua dicta? petis?
Memo.sed e viuis migrauit ꝛ incolit vndas
Tartarias,campos permeat elyſios.
Falleris,eius enim ψυχή tenet alma Tiberi
Membza,libzis igitur inuigilato suis.
Scia sint illis tua.sintq; negocia,multus
Hisq; reponaꝫ somnus,amoꝛ,studium!
Felix posteritas que talia viderit,eius
O felix animam cui sua fata dabunt.

Anthonius de Tholedo Lugdunēsis ad eximiū preceptoꝛē suum dñm Tiberium Bononiēsem carmen.

Amphitrioniades Mitidū Tenet Hostꝫ Olipū
Negligit Insignes Viuida Secta Bomos
Et Timet Humanos Onerat⁹ Liuoꝛ Edones
Disrupta Obscenis preterit asta rosis.

In probe.Auer.

Tiberij Bacilerij Bononiensis Lectura in primum librum de auditu naturali Aristotel. ꝛ Auerrois.

Ratiōe mea.ℙ Imitat⁹ pfectissima ꝛ cō sumatissima entia dilectissimi: fratissimiq; discipuli,que vt scribiꝫ secūdo celi. 62. paucissimis finem optatum actionib⁹ solent sibi vendicare,conaboꝛ,p viribus pñti anno deo fauente: mira facilitate breuitati copulata Ari. ꝛ Auerrois de auditu nāli sentētias oēs memoria dignas vobis aperire. Dogmatib⁹.n. breuibus ingenia vestra speculatiōibus aptissima reddentur iusta illud horatij: quicquid ꝑcipies: esto breuis: vt cito dicta percipiant animi dociles teneātq; fideles.Erit aūt oꝛdo noster in legēdo talis:primo dicam sniam Aristo.ꝛ Auer.ꝛ que ad explanationeꝫ eoꝝ ptinere videbunt: postremo introducā digressiones tanto oꝛdine: tantaq; facilitate ptractādas:vt nullus sit:qui ardua pipateticoꝝ dogmata nostris his lectionib⁹ plane nō intelligat. Relinquēs g̃ enarratiōes vris pspicacissimis nō dignas ingenijs ꝓposituꝫ aggredioꝛ. ℙ Auerrois sniās Aristotelis ꝛ in vniuersum ꝛ sigillatim fidelissime interpretari cōtendens pria sui probemij pte:intētionez proponit nālis phȳe in sūma.i. totius: necnō ꝛ paucis ptis causas cōes rebus nālibus tractantis. Et in primis asserit in expōne auctoꝝ.8.esse plibāda capitula. ℙ Cōtra primo rhetoricoꝝ dicit Arist.tria tm̄ esse ꝑdocēda: qō ꝓhemio primi libꝛi phȳsicoꝝ obseruatur. vbi intentio explicaꝫ: ꝛ oꝛdo:ꝛ modus doctrine demōstratiue. ℙ Amplius Boetius prima i porphȳriuꝫ editione: ꝛ Joānes grāmaticus primo prioꝝ:ante expositionē cuiuslibꝛi:sex tantū sentiunt ꝓmouēda. Solutio est: pfatio oratoribus peculiaris: auditoꝛes facit dociles: qñ oꝛdo premittitur: reddit attētos difficultas libꝛi: vtilitas ostituit eos benivolos: pfatio phȳe opportuna: si sit glosatoꝛis: octo cōplectiē capitula: Boetiꝰ ꝛ Joānes grāmaticus relinquūt diuisionez vsq; ad expōnem libꝛi: proportionē ꝛ viam doctrine sub sexto intelligunt: qō est sub qua pte phȳe locetur talis facultas: si vō sit auctoꝛis: vtraq; prefatio tria dūtaxat cōplectiē. ℙ Insup cuꝫ dicit cōmentatoꝛ: plura ex istis octo posse cōprehēdi ex probemio libꝛi:capit gradū cōparatiuū ꝓ positiuo:multa.n.qz tria intelligunē ex ꝓhemio Arist. ꝛ hoc est ꝙ cōmentatoꝛ scribit in calce cōmēti qnti:istud igiē supza.s.declaratū:est prologus libꝛi: ꝛ ptinet intentionē:ꝛ oꝛdinē eius:ꝛ modū doctrine demonstratiue. ℙ Preterea declarās Auer. intentionē totius scie nālis: intendit istam rōem: circa illud diligēter versaꝫ phȳe nālis: qō est subiectū nālis phȳe. Res sensibiles quatenus in se habent principiū motus ꝛ quietis: sunt vniuerse nālis phȳe subiectū: ꝛ capit plurale ꝓ singulari: (solus.n.terminꝰ incōplexus in singulari numero respectu ꝑdicati scibilis exactissime subijcitur) g̃. ℙ Est aduertēdū ꝓ species sensibiles Auerroim intelligere res nāles: hac rōne: qz species ꝛ forma idem sunt re (merito.n.esse qō hȝ forma in re fibiure debetur nomen forme:rōne vero esse intentionalis datur forme nomen speciei:) constat aūt formā eē totam essentiā ꝛ qdditatez rei: 7°metaphȳsice. 21°.iccirco ꝙposituꝫ ꝛ forma a peripateticis sepenumero eodē noīe nominaꝫ: ꝛ hec est cā ꝙ cōmentatoꝝ octauo phȳsicoꝝ.64°.dicebat deus.i. animal celeste. Et primo de ania textu cōmenti octaui: altera est diffinitio boīs: canis alia: altera dei.i. aialis celestis: illud,n.qō ē simplex in rei veritate nō hȝ diffinitionez: scribebat cōmentatoꝛ.7°.methaphȳsice in calce cōmēti.59ⁱ. ℙ Amplius dicuntur cause visibiles: eo qz relucent in effectū:melioꝛ tñ lectio esset:si diceretur: ꝛ causas visibiliū in eis specieb⁹ accidentiū: ꝛ cū illemet cause que sunt cause rerum nālium: sint ꝛ cause accidētiū in rebus nālibus visibiliū: copula pñti loco: nō diuersitatē sed diuersuꝫ tm̄ denotat modū: pñt.n.cōsiderari cause reruꝫ nālium:ꝛ vt sunt cause earū absolute:ꝛ vt sunt cause accidentiū rerum nālium:hac declaratione pōt dicere cōmentatoꝛ prio celi in fine cōmenti primi nālis dat causas coꝛpoꝝ nālium:ꝛ causas accidentiū eoꝝ: ꝛ scdo phȳsicoꝝ cōmento prio enumerando ea que i loco mouenē dicebat: habētia animas:ꝛ coꝛpoza celestia:sunt enim anime celestes nō ꝙstitute ꝓ coꝛpoza celestia: at sub celestes in materie gremio inficiunē. ℙ Rursus presentis operis intentionē explanat:cuius officiū est eas tractare causas: que cūctis rebus nālibus satisfaciāt: ꝛ docere ꝙditiones māe prime: ꝛ mouētis primi: quib⁹ cāis Platonici exēplariā ꝛ officiales: seu instrumentariā addiderūt. ℙ Est attendendū ꝙ causalitas cāe mālis ꝙsistit in recipere ꝛ causare cōposita māliter: causalitas forme stat in dare esse: si eniꝫ est forma substātialis:dat esse substātiale. si accidentalis: accidentale:finis mouet methaphoꝛice. Efficiens realiter ꝛ propꝛie. ℙ Amplius iste propōnes: mā prima est:primuꝫ

Joannis grāmaticus in prioꝛ

mouens est: ⁊ in se ⁊ respectu medij quo declarã/
tur sunt nãles: iste vero: prima forma est: primus
finis est: nãles sunt: merito medij quo deducũtur.
Diuine in se: hinc est q̄ scd̄o methaphysice cõmẽ
to sexto dicebat Auer. Aristotelẽ d̄mõstratõib⁹
nãlibus visum fuisse: dum statũ in cãis ꝯuinceret:
huic snie fauet Cõmen. 3° methaphysice 3°: ⁊ 4°
methaphyce 7°. nõ loquit̄ nãlis de primo ente: ⁊
primo physicoꝝ. 69. primum principiũ in genere
cause formalis nõ potuit sciri i scia nãli: ⁊. 12. me
thaphysice cõmentis 5° ⁊ 6°. aperte cõcludit pri/
mum finẽ ⁊ primã formã a diuino: primã mãm ⁊
primũ mouens a nãli ph̄o ꝯsiderari: ⁊ adiũgit in
fine cõmẽti sexti: hec tria: principiũ formale ⁊ fi/
nale: ⁊ mouens idez esse re. rõne tñ seiuncta: que
rõnis distinctio idonea est ⁊ sufficiẽs ad causan/
dam i sciẽtijs nõ paruã diuersitatẽ. ¶ Cõtra: huic
determinationi dissentit Cõm. primo physicoruz
cõmento primo: scia inquit diuina ꝯsiderat de tri
bus cãis: motore. s. seu efficiẽte: ⁊ forma: ⁊ fine.
¶ Solutio ẽ: inter quattuor nõiatas causas: mã ⁊
efficiens motui sunt valde ꝯsentanee: ⁊ inter has
duas: materia motui adhuc magis appropriat̄:
⁊ vt hanc in dictis cõmẽtatoris pugnãtiã vltima
te resoluã. Dico q̄ methaphysicus quattuor cãs
speculat̄: tali tñ lege: p finẽ ⁊ formã solũ demon/
strat. De efficiẽte ⁊ motore multa ꝓbat enũciari:
nec p mãm demõstrat: nec de ea quicq̄ ondit: sed
eam dũtaxat in vl̄i speculat̄: ⁊ hoc fundatissimo
documento saluat̄ methaphysicũ ⁊ quattuor cãs
⁊ tres: ⁊ duas quoq̄ iure speculari posse.

Digressio Prima.

¶ Quia pñti parte Auer. asserit res sensibiles
subiectũ eẽ nãlis phye: iccirco nõ imerito. Dubi/
tat̄ prio. An res sit sensibilis p mãz: aut p formã:
Auerrois 2° capite de substãtia orbis: ⁊. 11. me/
thaphysice. 14. docet mãm sentiri pp formã. prio
aũt celi. 92. scribit: impossibile ẽ sensibile esse per
formã: q2 est intelligibile sm formã: ⁊ sensibile sz
mãm. ¶ Amplius scd̄o de aia. 2°. forma cõprehẽ
dit̄ sensu: primo celi. 92. sensu cõprehendit̄ forma
cũ mã. At. 12. methaphysice. 14. dicit̄ formã non
cõprehẽdi sm sensuz. Solutio ad primũ cõis stat
i hoc. 2. capite d̄ s̄ba orbis. ⁊. 12. metaphysice. 14.
principia inter se cõparant̄: primo celi. 92. princi
pia ad cõpositũ. ¶ Contra: mã sentit̄ rõe forme:
⁊ cõpositũ rõe mãe: ergo ⁊ cõpositũ sentit̄ rõe for
me. ¶ Itẽ mã ⁊ cõpositũ nõ sunt sensata: nisi qua
tenus subiacẽt formis sensus pficiẽtib⁹. Solutio
itaq̄ vera est: mã ⁊ cõpositũ merito forme infor/
mantis sensuz: sunt sensata p accidens: rõe forme
informãtis intellectũ: sunt intellecta p accidẽs: ⁊
q2 esse quo forma pficit ornatq̄ itellectũ est eẽ vl/
timate abstractũ: est vnũ: est nõ potẽtiale ad aliõ
esse. Esse vo qb⁹ forã iformat sensus sunt nõ ab/
stracta: sũt nũerata sũt potẽtialia ad eẽ vl̄e ⁊ ab/
stractũ: iccirco appropate cõpositũ d̄r itelligibile
sm formã: ⁊ sensibile sm mãm. i. cõpositũ est intel/
ligibile merito esse qd̄ hz forma in intellectu. Est
sensibile merito eẽ qd̄ hz forma in sensib⁹. ¶ Rñ/
sio ad scd̄m cõis est: forma s̄balis cõprehẽdit̄ sen/
su. i. nulla via cognoscit̄ nisi p sensum: non q̄ sensu
attingat̄. ¶ Cõtra: virtus cogitatiua pcipit inten
tiones indiuiduales decẽ p̄dicamẽtoꝝ. 2. a. 63. vñ
forma nunq̄ acquirit ab intellectu agente esse in/
tellectũ: qn prius ab agẽte sensationẽ acq̄sierit
esse cogitatũ: cogitatiua. n. ⁊ itellect⁹ human⁹ ⁊ i
essendo ⁊ in opando se cõcomittãt. ¶ Soluo ego
ꝯcedendo formã s̄balez p se cõprehendi a virtute
cogitatiua: cũ quo stat: s̄bam nõ pcipi a sensu inq̄
tuz sensus. 2. de aia. 65. ¶ Distinccio tãdẽ vt pau
cis ⁊ resolute loquar de varijs eẽ forme facit cõ/
mentatorẽ ex oĩ pte sibi ꝯsentaneũ.

Digressio Scd̄a.

¶ Quia notitiã de reb⁹ sensibilib⁹ Cõm. appel/
lat sciaz nãlez. Dubitat̄ scd̄o: vtrũ de reb⁹ nãlib⁹
tractari possit sciẽtifice: q̄ in ꝓposito difficultatez
faciũt sunt ista. Cũ entia nãlia sint caduca ⁊ mor
talia: singularia: possibiliaq̄ aliter se hr̃e: vz q̄ nõ
sint scibilia: prio post̄ capite 2°: 6° ethycoꝝ capi/
te 7°. ¶ Itẽ si sensibile eẽt intelligibile: sensus eẽt
intellect⁹. pz p ꝯñam in ipso: que tz in relatiue op/
positis. 2. topicoꝝ capite. 22°. ¶ Iterũ vnũqdq̄ ẽ
intelligibile vt est a mã sepatũ. 3. de aia. 9. sz nãlia
sunt motui ⁊ mãe ꝯiuncta 2° physicoꝝ. 71°. prio
de aia. 17°. ꝙ. ¶ Rursus sicut sensus ad sensibile:
ita intellectus ad itelligibile. 3. de aia. 3. ergo a cõ
mutata ꝓportione sicut sensus: nõ est intellectus.
ita sensibile nõ est intelligibile. ¶ Itez si sensibilia
essent itelligibilia: aia p intellectũ eẽt sensibilia ⁊
intelligibilia: contra Ari. 3. de aia. 37. dicentem:
animã p sensuz esse quodãmodo sensibilia: ⁊ p in/
tellectũ quodãmõ intelligibilia. ¶ Itẽ entia nãlia
si mouerẽt itellectũ: eũ nobilitate anteirent: regl̄a
eniz topicalis est: cum optimũ in aliquo genere sit
melius optimo alteri⁹ generis: tũc totũ illõ genus
est p̄stanti⁹ toto altero genere: ergo cũ mouẽs ha
beat rõez act⁹: ⁊ motũ rõez potẽtie: ⁊ pfectissim⁹
act⁹ p̄cedat pfectione p̄stãtissimã potẽtiã: ꝯcludit̄
intentũ. ¶ Postremo itellect⁹ eẽt infinite sciens:
si aliqua scia i ipso existeret veluti si caliditas eẽt
in puncto: eũ redderet ifinite calidũ: caliditas. n.
q̄tũcũq̄ pua informãs aliqd̄ totũ: illud denoĩat
aliqualiter calidũ: ⁊ vbi pficeret medietatẽ illi⁹:
illa medietas in duplo calidior q̄ prius erat iue/
niretur: ⁊ ita in infinitũ: ergo.

¶ Ad oppom ẽ vl̄is pipateticoꝝ snia. In dissol
uẽdo qõem: notabo i primis quedã: 2° loco satis/
faciã argumentis factis. ¶ Est prio sciendũ cor
pora oĩa nãlia: ⁊ simplicia: ⁊ mista: ⁊ animata: ⁊
inaĩata: itrare ꝯsiderationẽ nãlis phy: forme q̄q̄
oẽs que aliquã mutationẽ terminare pñt intrin/
sece vel extrinsece ꝓpinque vel remote p se vel p
accidens sunt muneris phy nãlis. quare cũ intel/
ligentie celestes nullã penitus valeant terminare
mutationẽ: q̄uis q̄tuz ad si est: ptineãt ad nãlez:
mun⁹ tñ methaphysici ẽ eas qditatiue speculari
p° phyr vltio. 2. phoꝝ. 26°. ¶ Est 2° aduertẽdũ
qnq̄ sunt habit⁹ intellectuales quib⁹ hõ non põt
mẽtiri: 6° ethyr a capite 4° vsq̄ ad. 9. scia ẽ noti
tia ꝯclonis acq̄site p d̄ronez. itellectus est notitia
p̄ncipioꝝ. sapiẽtia ẽ itellect⁹ ⁊ scia: itaq̄ sapiẽtia ẽ
vnus habit⁹ totalis includẽs tã sciaz q̄ itellectũ:
differens ab vtroq̄ sicut totuz a pte. nolo. n. ego
p̄missas: ⁊ ꝯclonẽ: eodẽ actu ꝯprehẽdi posse. quo
sapiẽtia orgiet̄. imo vt reor. fateri eodẽ actu m̄l̄/
tas ab itellectu capi ꝓpões quaꝝ altera sit affir
matiua. altera negatiua. altera de ꝯtingẽti. alia d̄
necessario nõ est itegri: iustiq̄ iudicij. Prudẽtia
est habitus actiuus. ars factiua. Opione vo ⁊
tam veris q̄ falsis põt qs adherẽ ꝓpõnib⁹: igno
rãtia dispõnis semp hõ decipit̄. ¶ Preterea sciẽ
dũ q̄ eadẽ ꝯclo sub eadẽ rõe formali sciri ⁊ opi/
nari non põt. hz. n. ꝯclo scibilis cãm sue veritatis
deteriatã. cuius s̄bm includit p̄dicatũ p° mõ dicẽ
di p se: vl̄ scd̄o: ꝯclonis aũt opiabilis s̄bm nec p°
mõ nec 2° deteriat sibi p̄tum ⁊ dato q̄ qs assẽtiret
huic cõclõni. Triãgulus hz tres p mediũ dyaleti
cũ: ⁊ alius medio d̄ratiuo ñ colligit̄ eãdẽ ꝯclonẽ
s̄b eadẽ rõe formali scibilẽ eẽ ⁊ opiabilẽ. ¶ Vlte
rius notm quẽadmodũ forma vt hz eẽ in itellectu
est itellectio: scia incõplexa vl̄e in actu: ⁊ vt hz eẽ
in sensu: sensatio: ita ꝯclo scibilis vt ẽ in itellectu ẽ
scia complexa: actus enũciãdi: actus cognoscẽdi:
actus assentiẽdi. Et quẽadmodũ itellectio ẽ res
intellecta: ⁊ sensatio res sensata: vt. 3. d̄ aia decla/
rat̄: ita scia cõplexa ẽ id qd̄ vissime scit̄. cõclones
aũt vocales ⁊ scripte: necnõ ⁊ significata eaꝝ ru/
diuscule tñ sciẽt̄. Et ꝯcludo ex his mẽtalẽ ꝓpõ/
nez ex partialib⁹ notitijs nõ eẽ integratã. ¶ Po/
stremo attẽdendũ: de rebus nãlib⁹ hñri sciaz q2: ⁊
sciaz pp qd: ph̄s. n. nãlis. 6° phyr. 15. 8. physicoꝝ
50. 53. 2. celi. 51. p° de gnãtiõe. 50. vtit̄ d̄ronib⁹ q2:
⁊ d̄ronib⁹ pp qd: ⁊ teneo notitias q2 ⁊ pp qd alte
rius eẽ rõis. Media. n. alteri⁹ ⁊ alterius rõis gi/
gnunt notitias alteri⁹ ⁊ alteri⁹ rõis. Vñ lz a cãis
diuersaꝝ rõnuz ꝓueniãt aliq effect⁹ eiusdẽ rõis: a
qbus lz tñ oriunt̄ effect⁹ diuersaꝝ rõnuz: ñ appet ãt
q effect⁹ diuersi ꝓueniãt ex medijs diuersis: nisi
sint assensus: vel habit⁹ illis medijs ꝯformes.

¶ His itaq̄ notatj. Rñdeo ad p̄mũ: q̄ lz entia
nãlia sint singularia: corruptibilia: ⁊ possibilia ali
ter se hr̃e. tñ ex termis res nãles designãtib⁹ pñt
formari ꝓpões sempiterne vitatis. q̄ in itellectu
sunt scia cõplexa. vñ ꝯclo scibilis neccia ẽ. pẽdẽs
ex p̄mis: veris: imediatis: priorib⁹: notiorib⁹: cau
sisq̄ ꝯclonis: primo post̄ capite 2°. ¶ Ad 2m dico
q̄ ꝯsequentia in ipso in relatiue oppositis indiget
vna limitatõe. s. q̄ si sunt duo correlatiue opposi/
ta: q̄ vnũ ñ ꝯtineat̄ sub altero mẽbro correlatõis
opposite: qua de cã: soluit̄ hec ꝯña. Magnũ ẽ to/
tuz: q̄ paruũ est pars: q2 magnũ ⁊ puũ ꝯtinent̄ s̄b
toto: ita in ꝓposito: sensus ⁊ sensibile cõprehẽdũ
tur sub itelligibili: ⁊. 2. topi. Ari. dixit: multi dicũt
sensibiliũ nõ esse sciaz. ⁊ ita hz veteres loquebat̄:
qui de sensibilib⁹ sciaz eẽ negabãt: ob eoꝝ ꝯtinuũ
fluxũ ⁊ mutationẽ. ¶ Solutio tertij est: quedã sũt
abstracta a mã tã sm esse q̄ sm rõez: ⁊ de his est
methaphys. sunt ⁊ alia que a mã sensibili sunt ab/
stracta sm rõez tm̃: nõ sm esse: de qb⁹ agit mathe
maticus. Quedã a mã simplr separi non pñt: nec
sm esse: nec sm rõez: pñt tñ abstrahi ab hac vel il
la mã: ⁊ ita de reb⁹ nãlib⁹ põt tractari scientifice.
Vnũqdq̄. n. est intelligibile: q̄tenus ẽ a mã sepa/
bile aliquo istoꝝ triuz modoꝝ. ¶ Soluo 4m: talis
modus arguẽdi a cõmutata ꝓportõe non vz nisi
inq̄titatib⁹: vel in his q̄ q̄titatib⁹ signata intelli
gunt̄: quãobrez sequit̄: sicut se hz albedo vt octo:
ad albedinẽ vt q̄ttuor ita nigredo vt sex ad nigre
dinẽ vt tria: ergo a cõmutata ꝓportõe: sicut albe
do vt octo ad nigredinez vt sex: ita albedo vt q̄t/
tuor ad nigredinẽ: vt tria: lz etenim albedo nõ sit
q̄titas: p q̄titatez tñ designat̄: in ceteris minime
tz hec regula: vñ sequela hec nõ vz: sicut se hz cor/
pus rectũ ad circulare: ita motus rect⁹ ad motũ
circularẽ: ergo a cõmutata ꝓportõe sicut corpus
rectũ ad motũ rectũ: ita corp⁹ circulare ad motũ
circularẽ. iteꝝ nõ vz: sicut se hz coleric⁹ ad flegma
ticũ: ita lapsus calidus ad lapsuz frigidũ: ergo sic
coleric⁹ lapsu calido facillime labit̄. ita flegmati/
cus frigido: quare ⁊c̄. ¶ Ad 5m: est aia p sensum
sensibilia imete: p intellectũ itelligibilia imediate:
sensibilia remote tm̃: q2 dicunt̄ entia sensibilia q̄/
tenus hñt esse in sensu. intelligibilia vt hñt esse in
intellectu. ¶ Ad 6m dico: forme mãles merito esse
vltimate abstracti: qd̄ ab intellectu agẽte de nouo
acq̄rere pñt: q̄tenus informãt intellectuz: eo sunt
p̄stantiores. viliores aũt inq̄tuz intellect⁹ eaꝝ ter
minat depẽdẽtiã: ⁊ addo: forme celestes abstra/
cte p essentiã simplr ⁊ absolute itellectũ humanũ
nobilitate antecedũt: q2 ipse perfitiẽtes itellectũ:
ab ipo nullatenus depẽdent: ⁊ tanta iter formas
supiores ⁊ subcelestes nascitur diuersitas: q2 ille
sunt vl̄es p essentiã: hñtes idẽ esse in aia: ⁊ extra:

cetere ab intellectu agente efficiunt vles:cū non hēant idē esse in aīa ⁊ extra. Regula itaq3 topi/calis:vel restringit ad spēs spālissimas:vł sub tali ⁊ tali hītudine intelligat. ¶ Ad vltimū:tenēdo notitiā esse qualitatē graduale:opꝰ est fateri itel/lectū esse infinite intēsum:ex quo nec infert intel/lectū esse infinitū intēsiue:nec q̄litatē existentē in intellectu esse infinite intensionis:quare ↄcedēdū est oēm notitiā intellectiuā infinite inuenire intensam ⁊ finitā intensiue. hec de digressione.

Digressio Tertia.

¶ Naturalis phya cū sit scia vna. Dubitat tertio qua vnitate sit vna:vtrū v3 oium ↄclusionum nāliū sit habitus vnus numero? ⁊ vī q̄ sic. ¶ Tū q2 ois forma exñs in itellectu ē simplex: cū nō cō/ponat ex ptibus q̄ttitatiuis neq3 q̄litatiuis. ¶ Tu3 q2 habitus voluntatis sunt simplices:g̃ ⁊ habitꝰ intellectuales. ¶ Tū q2 si habitus ↄclusionis ess3 alius ab habitu principij:posset qs pfectiꝰ cognoscere ↄclusionē:⁊ p actū circa ↄclusionē habitum eius intēdere: nō pfectius cognoscēdo principiū illiꝰ ↄclonis: ↄ̄ sniā3 Ari. p° posterioꝝ capite 2°: dicentis pncipia magis sciri ⁊ magis credi ↄclo/nibꝰ. ¶ Tū q2 ē vna potētia visiua respectu oium coloꝝ:ergo ⁊ vnus habitꝰ numero respectu oiu3 scibiliū sub vna rōne formali ↄsideratoꝝ. ¶ Tum q2 actus quo cognoscit q̄ hoc est pp hoc transit simul sup illud qđ est cā:⁊ sup illud cuius est cā:s3 actus sciēdi est nosse q̄ hoc est pp hoc:vt p3 p diffinitionē de scire primo posterioꝝ capite. 2°. g̃ eo/dem actu intellectꝰ fert sup pmissas ⁊ ↄclusione3: ergo nō solū ↄclusionū nāliū:imo ↄclusionū ⁊ pncipioꝝ erit vnus habitꝰ numero. ¶ Tū q2:vnitas suppositi sine vnitate potētie nō sufficit ad ponēdu3 dñiam ⁊ ↄueniētiā inter aliqua obiecta:vt h3 2. de aīa. 136. vbi Ari. iuestigat necessitatē sensus cōis:q2 non sufficiūt duo sensus pticulares:ergo neq3 vnitas potentie sine vnitate actꝰ idonea erit ad ↄcludendā inter pmissas ⁊ ↄclusiones dñia3 ⁊ ↄueniētiā. ¶ Iste rōnes faciūt vt multi has fateātur ↄclones. Pria est oiu3 ↄclonū q̄ i vna totali facultate ↄsiderant est vnꝰ habitꝰ numero. Scđa est:ↄclusionis ⁊ principioꝝ est vnus habitus nu/mero. Tertia est:ipsoꝝ principioꝝ ex qbꝰ deducit ↄclusio est habitus vnus numero.

¶ Ad oppositū arguit primo. Demōstratio est sillogysmus faciēs scire:g̃ multiplicatis dñonibꝰ multiplicātur scie. Neq3 valet rñsio Thomistaꝝ dicentiū:dño est syllus faciēs scire vel scire prius acquisitū intendēs. ¶ Tū q2:alteriꝰ ⁊ alteriꝰ dño/nis est aliđ ⁊ aliđ mediū:ergo alia ⁊ alia cā:ergo alius ⁊ alius effectꝰ:ergo alia ⁊ alia scia. ¶ Tum q2:ide3 hitus pari lege intēderet ⁊ actibꝰ silibꝰ: ⁊ actibus dissilibꝰ:s3 intensus actibꝰ dissilibꝰ pōt in varias ↄclones ergo ⁊ intēsus actibꝰ silibꝰ poterit i easdē. ¶ Scđo pncipalr arguit:scita sunt diuersaꝝ rōnu3:ergo ⁊ scia t3 ↄña. q2 apud Auerroim:scia ⁊ scitū sunt idem. ¶ Preterea ↄclones mentales sunt actus enūciādi ⁊ cognoscendi:sed mentales ↄclones multe inueniunt spectātes ad eandē facultatē diuersaꝝ rōnu3:g̃ ⁊ notitie erunt diuersaꝝ rōnu3. ¶ Item forme eiusdē rōis pñt in opōnes eiusdē rōnis:p2io celi. 19. ergo hitus po/tens inclinare intellectū tm̄ ad speculationē prie ↄclonis erit alterius rōnis ab habitu inclinante ad cōsiderationē cētesime. Neq3 valet rñsio mul/toꝝ dicētiū:oēs actus respectu oium ↄclonū vniꝰ facultatis esse eiusdē rōnis. ¶ Tū q2 ↄclones mētales vnius facultatis sunt alteriꝰ ⁊ alteriꝰ rōis: ergo ⁊ notitie. ¶ Tum q2 visio albi ⁊ visio nigri distinguunt ꝟm spē3 nō obstāte q̄ potētia visiua respiciat oēs colores sub vna rōe formali:g̃ actꝰ ↄsiderādi hoiem esse risibilē:⁊ actus ↄsiderandi: equū eē hynnibilē. distinguunt ꝟm spē3:nō obstāte q̄ phs nālis ea speculet sub vno mō ↄsiderādi: ⁊ his rōibus fauet Aristo. 2. de aīa. 22. qñ dicit: potentie distinguunt p actus:⁊ actus p obiecta. ¶ Preterea pncipalr arguit:p actū circa cente/simā ↄclonē nullū absolutū causat circa habitu3 acq̄situ p actū circa primā ↄclonē:ergo ille hitus h3 pcise ad centesimā ↄclonē nouū respectum:q2 actus fuit elicitꝰ circa illā:ergo cu3 nō possit talis actus nō fuisse:nō poterit ille habitus nō hr̄e re/spectū ad centesimā ↄclusionē:⁊ nō esse habitus pdicte ↄclonis:dū esset:ergo nō poterit hñs illu3 habitū pdere sciam cētesime ↄclonis:cū sp remaneant respectꝰ acq̄siti pp pteritos actus: ¶ Cōfirmatur:talis respectꝰ vel ē ipse hitus:⁊ sic p illu3 respectū nō erit ille hitus pncipiū alteriꝰ opōnis vel ē noua entitas:⁊ ita illa noua entitas potius erit principiū silis actꝰ ei q̄ elicitꝰ fuit circa ↄclo/ne3 cētesimā ⁊ pp quā respectꝰ hic dr̄ acq̄sitꝰ: ac p hoc magis dicēdus erit habitꝰ illiꝰ ↄclonis q̄3 habitꝰ ille prior. ¶ Alteriꝰ cū hitus sciētificus ⁊ habitꝰ intellectualis sint habitꝰ specifice distincti inclinātes intellectū in actꝰ specifice distinctos cōcludo aliū esse actū pmissaꝝ aliū ↄclonis. ¶ Quare iste rōnes faciūt vt has fatear ppōnes. Pria est:nō oiu3 ↄclusionū nāliū est vnꝰ habitꝰ numero. Secūda est:pmissarū ⁊ ↄclonis nō est idē habitꝰ numero. Tertia est:respectu oium ↄclonū nālium ponēdus est vnus habitꝰ vnitate generis analogi ⁊ vnitate potētiali ⁊ finali:nō formali nec vir/tuali:rō huiꝰ ↄclonis est:oēs ptes nālis phye hñt deteriatū ordinē inter se:cum attributionē hēant ad vnū subiectū sub vna formali rōne ↄsideratū: qualē ordinē nō hñt cum alia facultate q̄pp tota

phya est vna scia:quēadmodū mlti hoies dicūt vnꝰ ppłs:pp deteriatū ordinē iter se ⁊ multi ho/mines ad vnū regē numero dicunt vnū regnū.

¶ His itaq3 discussis:argumētis ptis aduerse satisfacio. ¶ Ad pmū:dico habitū respectu oiu3 ↄclusionū nāliū eē simplicē:simplicitate opposita cōpositioni ex ptibꝰ q̄ttitatiuis ⁊ q̄litatiuis cū q̄ stat talē habitū cōponi ex habitibꝰ spē distinctis hñtibꝰ ordinē inter se:⁊ depēdentiā ad subiectu3 nālis phye infra stabilliēdū. ¶ Ad 2m:fateor ha/bitus morales iclinātes ad actus siles eē eiusdē rōis:⁊ inclinātes ad actꝰ dissiles:l3 sint eiusdē generis ppinq:vel remoti nō eē eiusdē rōis. ¶ Ad 3m:dico q̄ l3 in gnātōe scie:notitia pmissaꝝ sit maior notitia ↄlonis:tñ pōt intēdi scia eliciēdo actꝰ circa ↄclusionē ñ augmētata cognitōe pncipioꝝ. ¶ Ad 4m:negat ↄña:q2 potentia visiua pōt hr̄e actus diuersaꝝ rōnu3:⁊ circa diuersa obiecta specifice seiūcta. Unus aūt habitꝰ numero ⁊ specie nō h3 actꝰ:neq3 obiecta specie disticta. ¶ Ad 5m: rñdeo aliud esse cognoscē hoc pp h:aliud cognoscere h esse pp h:du3 terminamꝰ qōne3 q2:cogno/scimus hpp h:termiata qōne pp qd scimus hoc esse pp hoc. Uñ si formauero hāc demōstratiōe3: oē aīal rōnale ē risibile:ois hō est aīal rōale:ergo ois hō est risibilis:p hāc cognosco a priori ⁊ per cām q̄ hō ē risibilis:nō q̄ hō sit risibilis pp illam cām:si vo formauero istam:oē aīal rōale est risi/bile q2 est aīal rōnale:ois hō est aīal rōnale:ergo ois hō est risibilis:q2 est aīal rōnale:p hanc rōne3 scio q̄ hō est risibilis pp illam cām: ⁊ hec est cā q̄ alias dixi qōem q2:⁊ qōem pp qd nō eodē penitꝰ modo terminari:scientia itaq3 acq̄sita p dñonem terminantē qōem q2:nō cadit sup cā3. Sed bene scia acq̄sita fauore dñonis terminantis qōem pp qd. ¶ Ad vltimū:negat ↄña:vnitas. n. suppositi nō sufficit:cū actus potētiaꝝ sint subiecto distin/cti:⁊ sepati:actibꝰ aūt subiecto nō seiūctis:potest eade3 potentia inter varia obiecta ↄsensum: pu/gnantiāq3 inuenire:hec de digressione.

Digressio Quarta.

¶ Unaqueq3 scia cū sit aut pctica:aut specula/tiua extendēdo nomē habitus practici ad habi/tū actiuū ⁊ factiuū:⁊ Auer. 2ᵉ ⁊ 5ᵉ partibꝰ sui p/hemij:⁊ Ari. 6° methaphyᶜ textu cōmēti primi: nāliū disciplinā fecerint speculatiuā:iccirco visa nālis scie vnitate:in pñtiarū querendū est. Utru3 nālis phya sit scia speculatiua? vī q̄ non:ois scia q̄ ordinat ad bonū moris est vere practica:nālis scia est huiusmōi:q2 est vt boni fiamus:vt Com. oñdit scđa pte phemij:⁊ ordinat imediate in felicitatē: vt Auer. pte qnta phemij pādit:ergo ⁊c̄. Ad oppositū:sunt oēs auctoꝝ familie.

¶ Presentē difficultatē ⁊ pfundissimā ⁊ scitu subtilissimā:multis itēdo apire documētis. Primū est:praxis in pposito ē opō itellectꝰ mediāte hitu pctico:itaq̄ ad essentiā praxis nō ptinet opō volūtati elicita:nec iperata: quēadmodū. n. ha/bitus speculatiuꝰ est circa scibile absolute. practicus circa scibile opabile:ita speculatio ē opō qua intellectꝰ speculat scibile absolute:⁊ praxis scibile opabile:vt sic:q̄ qdē pxi dicit itellectꝰ qd agendū:⁊ qd fugiēdū. ¶ Et q̄ hec sit mēs Ari. ⁊ Cō. declarat:secluso oī actu volūtatis:praxis ē:2°. n. methaᶜ cōmēto 3°:scia īngt opatiua q̄uis vtatur rōcinatione:tñ nō pscrutat de cāis nisi vt scientes eas agāt:hic nulla est mētio facta de volūtate:g̃. ¶ Rursus habitibꝰ itellectualibꝰ corrñdent opa/tōes itellectuales:g̃ cū habitꝰ pcticꝰ sit itellectualis:pxis q̄ est opatio rñdens habitui practico erit opatio itellectꝰ. ¶ Itē 3° de aīa. 49. 6° ethiᶜ ca/pitulo 3° volūt Ari. ⁊ Auer. q̄ pxis est opatio intellectꝰ q̄ est dictatio. ¶ Preterea pxis est opatio hois ꝟm electionē quā ponit Com. ↄsistere i iudi/cio ⁊ dictamine rōis. Electio. n. ē de duobꝰ ppo/sitis iudiciū hois hoc alteri preponēs:⁊ post ele/ctionē sequit motꝰ ⁊ ipetꝰ ad actū. ¶ Postremo induco rōe3 Gregorij ariminēsis ↄ̄ tenētes nullū actū itellectꝰ esse pxim: q2 aliq̄s actus itellectus est impatꝰ a volūtate:⁊ nō est pcticꝰ:q2 aliogn vel oīs intellectio eēt pctica vel nulla itellectio posset impari a volūtate nisi esset practica:g̃ aliq̄s actꝰ intellectꝰ erit pxis. ¶ S3 ↄ̄ deteriationē sunt dif/ficultates:prima est:3° de aīa. 49. dicit Aristo. q̄ intellectꝰ extēsione fit pcticꝰ:g̃ pxis erit opatio volūtatis:nulla. n. est extēsio itellectus ad aliqd ex̄: nisi q̄tenus actus eius respicit actū alteriꝰ poten/tie volūtatis. s. ¶ Scđa difficultas est:pxis ē opatio exñs in ptāte nr̄a:g̃ est opatio elicita vel imperata volūtatis. ¶ Tertia est:volūtas est primum principiū artificialiū ⁊ opabiliū:g̃ pria pxis est i volūtate:añcedēs est Ari. ⁊ Auer. in q̄3pluribꝰ locis. ¶ Quarta est:electio ē pxis:⁊ est actus vo/luntatis:g̃ ¶ Ad primā:dico q̄ textꝰ Ari. illud nō dicit:⁊ dato q̄ sic diceret:dico q̄ illa extēsio d3 esse respectu obiecti circa qđ est:nō respectu volūtatis:vñ vult Ari. q̄ itellectꝰ ex h q̄ tēdit in obiectū absolute sub rōe scibilis:ex h pcise est speculatiuus:vt autē tendit in obiectū:ↄsiderādo ipm vt aplicabile ad opus sit practicꝰ:⁊ talis ē extensio.

¶ Ad 2am:dico q̄ dictare d opabili qd ↄueniēs ⁊ qd discōueniēs:maxie ē i ptāte nr̄a ⁊ itellectꝰ.

¶ Ad 3am:rñdeo q̄ volūtas duplr̄ fac ad pxi3: vno mō añter ⁊ dispositiue:⁊ h i gnātiōe ipsiꝰ:vt qñ volūtas iperat itellectui:vt dictet qd sit eligē/dū:2° mō executiue ⁊ pñr:vt quādo imperat:aut eligit psequutionē eius qđ dictatū est hos duos

actus quoruz nullus spectat ad essentiam praxis solet Aristoteles attribuere praxi. ¶ Ad quartã dico q electio alia est ſm quã intellectus hz iudicare qd alteri est ꝓponẽdũ. alia ſm quã volũtas hz mouere ⁊ impare ð, psecutõe eiꝰ qð iudicatũ ẽ. Et ita ꝯcludo q volũtas est ꝑncipale agẽs respu psecutõis: nequaqz tñ ꝑncipale agens ꝑcticũ.

¶ Scõm documẽtũ est. Notitia ꝓprijssime practica est notitia qua gs enũciat qualiter qũo ⁊ qñ agẽduz est ⁊ opandũ: itaq fauore notitie practice formalr directiue praxis dirigit gs ⁊ iuuat in qualitatẽ opõnis: ⁊ ita nulla notitia incomplexa erit practica: ⁊ nõ acgret notitia practica p assue factionẽ ⁊ expientiã singulariũ in rõne pticulari. ¶ Notitia latius ꝑctica ẽ illa q est directiua praxis nõ ĩmediate ⁊ formalr: ſz de ꝓpinquo: vt sunt notitie qbꝰ cognoscit qspiã cõponez: ⁊ cõplexiõnem mẽbroz: species ⁊ differẽtias egritudinuz ⁊ signa eaꝝ: virtutes ⁊ ꝓprietates rez naturaliuz. ¶ Notitia latissime practica ẽ q remotissima ẽ directiua praxis: introduxi ergo ħ documẽtũ vt declararẽ notitiã illã appellari practicã que est ĩmediate directiua praxis. oẽm ꝙ aliã notitiã cẽsendã esse speculatiuã. Tota hec ẽ doctrĩa Auicẽne prima primi: capite pº: volẽtis illũ habitũ eẽ practicũ cuius ꝓprioꝰ actꝰ elicitꝰ sit formalr directiuꝰ praxis: illũ speculatiuũ cuius actus peculiaris ñ sit ĩmediate directiuus praxis.

¶ Tertiũ documentũ est. Licet nõ possit eadem enũciatio practica eẽ: ⁊ speculatiua: fateor tñ de eodẽ subiecto multa ꝑdicari ꝑctice ⁊ speculatiue quare obiecto cõplexo: nõ incõplexo distabũt iter se habitus practicꝰ ⁊ speculatiuꝰ. Et qz habitui speculatiuo ñ coꝛrñdet nisi actꝰ elicitꝰ ñ directiuꝰ praxis: ⁊ habitui practico rñdẽt duo actꝰ. Elicitus. ſ. ⁊ directꝰ: iccirco ꝓcedẽdũ ẽ: quẽlibz hĩtum practicũ a quolibz speculatiuo fine ꝓprio discerni. Concludo ergo respectu obiecti totalis ꝑctici vel ptialis ĩportati p passionẽ principiũ eẽ in nobis: nõ autẽ respectu obiecti speculabilis. Ntñ de opõnibꝰ quas in nobis expimur ẽ notitia speculatiua: qz nõ est in ptãte nr̃a q opões fiant tales: bis tribꝰ fundamẽtis tenẽdũ est nãlez disciplinã esse speculatiuã: cũ p ꝓpões nãles nõ dirigamur in qualitatẽ opõnis: ⁊ q̃uis ad acquisitionẽ scie nãlis sequaf intẽsissimꝰ amoꝛ dei: ⁊ virtutes oẽs morales nãlez pbũz cõmittent: remanet tñ pbya nãlis speculatiua. qz p ꝓpões nãles nõ explicaf modus q̃ ĩamoꝛẽ: ceteroqz virtutũ moraliũ actꝰ dirigamur. Hec itaqz sunt q̃ de pñti difficultate ad mẽtẽ Ari. ⁊ Coñ. vobis ðclarãda, ꝓposuerã.

¶ Amplꝰ qꝛ'ois notitia est aut abstractiua aut intuitiua: dico q notitia cõplexa bita p ꝓpões nãles ꝙstitutas ex teris mẽtalibꝰ nãlr significatibus ẽ ituitiua. q̃ ꝙo est ꝓpões factas ex teris ad placitũ significãtibꝰ illa ẽ abstractiua qr ⁊c.

Digressio Quinta.

¶ Qꝛ vnaqqz disciplina vnitatẽ capit a sbiecto eq̃lis ambitꝰ cũ ꝑncipalissima passione in tali facultate ꝙsiderata: iõ examiatis notitie rez nãliuz ꝙditõibꝰ: pñti digressiõe querẽdũ ẽ. Nũgd nãtũ vt hz in se ꝑncipiũ motꝰ ⁊ getis sit subiectũ nãlis pbye? vꝛ q nõ. ¶ Tũ qz nõ est notissimũ oibus in bac scia ꝙsideratis: qz nõ nã: cũ ꝑncipia nãti sint notioza quo ad nãm ipso nãto, nec nobis: qz opationes ⁊ passiones nobis sunt notiozes. ¶ Tũ qz p nãtũ nõ põt itelligi mã ⁊ forma: cũ nõ sint nãta. nec cõpositũ: qz est ħ aligd: ⁊ non põt fieri vle: qz sola forma ẽ sbm vltatis: pº celi 92°. solũ aũt vle est subiectũ in ꝓpõne scibili. ¶ Tuz qz Auer. mõ asserit subiectũ nãlis pbye esse res sensibiles: mõ ens mobile: ĩterdũ corꝰmobile: nunqz nãtũ: g̃.

¶ Ad oppositũ arguit: illõ primũ in aliq̃ facultate subiectũ stabilit: qð est subiectũ respectu ꝑncipalissime passiõis in illa facultate cõsiderate: ſz principalissima passio a nãli pbo speculata est eẽ mobile: respectu cuiꝰ nõ ẽ aliud oportunũ subietũ q̃z nãtũ vt hz in se ꝑncipiũ motus ⁊ getis: ergo.

¶ Pro expeditõe q̃stiõis ꝑmis notabo quedã: scõo loco argumentis satisfaciã. Est itaqz primo aduertẽdũ: q multa subiectoꝝ genera a peripateticis ĩueniunt: subiectũ. ſ. ꝓpõnis de quo ꝑdicatũ enũciari dz: pio prioꝝ capite pio. Est ⁊ aliud subiectũ accidẽtis: sepe vz subiectũ idẽ q inferiꝰ: quibꝰ significatõibꝰ vtit Ari. in antepdicamẽtis dicẽs aliq̃ dici de subiecto ⁊ eẽ in subiecto. Vsurpaf ⁊ nomẽ subiecti ad mãm primã: q̃ ẽ mutationũ substãtialiũ ꝓmũ: accidẽtaliũ vero remotuz subiectũ pº phyc. 63°. ⁊ prio capite de sba oꝛbis. Itẽ terminꝰ a q̃: ⁊ terminꝰ ad qué sub significatõe subiecti palaz cõprehẽdunt: 5° phyc 7°. id ꝙ circa qð ꝙfaf artifex sciẽtificꝰ: subiectũ sciẽtifice ꝙsideratõis nũcupaf: ð quo fit mẽtio prio posterioꝝ ⁊ capite prio. Cũ dz de subiecto qd ⁊ qz ꝑcognosci: ⁊ capite. 25°. Vna scia ẽ vniꝰ generis subiecti: Ex ħ notabili infero coꝛrelarie: distinctõez ð subiecto ꝑncipali ⁊ ꝯtentiuo nõ satisfacere Aristoteli. ¶ Tũ qz de sbo ꝯtentiuo nõ ꝑcognoscif qd ⁊ quia. ¶ Tũ qz de eodẽ nõ ꝓbanf ꝓpetates ⁊ passiões. fuisset. n. Arist. diminutꝰ: si hec, ꝓpõ esset ꝙa: subiectũ ꝯtentiuũ est subiectũ: cũ de ipso nullã fecerit mẽtionẽ. ¶ Tũ qz: scia capit vnitatez a subiecto: ergo numeratis subiectis numerant scie: ⁊ hec ẽ causa q̃ soleo dicere subiectũ ꝯtentiuũ nõ esse subiectuz: ⁊ scotũ tertia qõe vniuersaliũ demõstrasse ꝙtra tenẽtes ens rõis ⁊ scõaz ĩtẽtionẽ ⁊ cõceptuz formatũ ab actu rõnis esse subiectuz logice: istoꝝ

eniz subiectoꝝ nõ ꝑmittit diffinitio tanqz ꝓncipium scie. ¶ Sed ꝙtra: ens inquãtũ ens est subiectũ methaphe: ⁊ nõ nisi ꝯtentiuũ: cũ genus abstractoꝝ: sit subiectũ ꝑncipale: tñ entis inquãtũ ens nõ est diffinitio. Rñdeo: vel ens iquantũ ens nõ est subiectũ methaphyice: hoc fundamẽto: stat notitiã entis inq̃tũ ens ꝑmanere methaphyica destructa: ergo notitia methaphycalis nõ est de ente inq̃tuz ens: tanqz de subiecto: antecedẽs colligitur ab Auerroi sexto methaphyice tertio: si ñ eẽt iquit alia substãtia a sensibili: nõ eẽt scia prioz nãli: ergo sublatis substãtijs abstractis: tollit methaphyica: tũ remanet notitia entis inq̃tũ ens. Et hec est cã q̃ soleo dicere: methaphycũ iõ tractare de ente inq̃tuz ens: qz tractat ð primo ente: illius. n. artificis cuius oiffciũ est loqui de primo ente illius officium est tractare de ente inquantuz ens. Amplius cũ methaphyica in qua tractatur de ente vt ens sit ꝓparatoria: ꝓbemio septimi methaphyice: sequit ens inquãtuz ens nõ eẽ subiectum methaphyice. Vel dato q ens inquãtuz ens esset subiectuz methaphyice: dico q methaphyica nõ est scia: ſz notitia ĩmediata: vnde subiectũ resolubile respectu ꝑdicatoꝝ primi modi ẽ subiectũ ĩtellectus: respectu ꝑdicatoꝝ secũdi modi vocaf subiectũ scie: subiectũ autez irresolubile respectu ꝓdicatoꝝ secũdi modi appellaf subiectũ notitie ĩmediate. Vel dicendũ est primã passionem entis esse indemõstrabilẽ de ente p quam cetere deinde ð ente oñdũtur: ⁊ ita erit prima passio diffinitionis entis vicaria. Introduxi hoc fundamentum vt vobis declararem: distinctionez de subiecto ꝑncipali ⁊ contentiuo. Vanam esse: atqz chymericam.

¶ Scõo aduertẽdũ est: si est subiecti: est qõ ⁊ ꝑcognitio respectu diuersoꝝ: cuz. n. ista quinqz: qd nois: si est subiecti: qd rei: qõ qz est: qõ pp qd: talem inter se hẽant ordinẽ: vt illõ qõ ꝓcedit semp fit ꝑcognitio sequẽtis: si est subiecti: erit qõ respectu quid nois: erit ꝑcognitio respectu qõnis quid rei. Itez põt saluari si est subiecti esse ꝑcognitoez inquantũ nullus artifex põt ꝓbare subiectũ esse syllogismo catbegorico a prioꝛi: nec a posteriori: esse ꝙo qõez: q̃tenus si est subiecti declarari põt a posteriori syllogismo ꝙtinuatiuo: q̃ syllogismo vtitur cõmentator ad ꝙfirmãdũ illud qõ est p se manifestũ: tñ indiget modicula innuitiõe: scõo phyci coꝝ tertio: introduco ħ documẽtũ: vt sciatis qõez si est: nõ passionis: vt credidit Albertus magnus scõo posterioꝝ capite scõo sed subiecti esse. Volo etiam vt snia Lynconiensis relinquaf existimantis qõnem si est non primarij subiecti: sed suarum partium snbiectiuaꝝ esse qõnem. Voluit enim cõmentator scõo de anima. 27°. 12. methaphyice quinto: nullũ artificem habere ptãtez ꝓbãdi suũ subiectũ eẽ neqz ptes subiectiuas sui subiecti.

¶ Tertio sciendũ ẽ: cognoscif apud me illud eẽ subiectũ alicuius scie: qð est subiectũ respectu ꝑncipalissime passionis speculate ł illa facultate. Et si doctoꝛes dicentes q rõ primi subiecti ẽ virtualiter ꝙtinere oẽs veritates illius habitꝰ: ⁊ q̃ subiecto primo varie debenf primitates hunc sensuz habuerunt eis est ꝙsentiẽdũ. Tantũ. n. est dicere de subiecto ꝑcognoscif qd ⁊ qz. Be subiecto demonstranf passiones p diffinitionẽ subiecti. q̃ quidem diffinitio dicit quid ipsius subiecti. ⁊ ꝓp qd passionis: ⁊ ad subiectuz cuncta in tali facultate determinata reducunf: quãtũ est dicere: subiectũ primum alicuius scientie est id qð subicif principalissimo ꝑdicato p se intento ab artifice. ¶ Ex ħ fundamento infero coꝛrelarie: subiectuz nõ posse esse equiuocũ: nõ ens ꝓbibitũ: nõ ens p accidẽs: nõ terminũ cõplexuz: cum talia nõ habeant diffinitionẽ: ⁊ hec est cã q̃ soleo dicere: nullũ terminũ complexũ in ꝓpositõe scibili subici posse: ⁊ sciam subalternatã nõ esse sciẽtiã: cuz scie subalternate subiectũ addat dzz accidentalẽ supra subiectũ sciẽtie subalternantis: quare nec coꝛpus mobile: nec ens mobile: erũt idoneũ subiectũ nãlis pbye. ¶ Tum qz sunt termini cõplexi ex subiecto ⁊ passione. ¶ Tum qz multa accidentia insunt coꝛpori prioꝛa mobilitate: quia figura ⁊ quãtitas. ¶ Tũ quia: hec propositio: omne coꝛpus est mobile: est dubia: qz antecedit ad dubiam, ꝓpositionẽ: vt ad istaz: oẽ mobile est coꝛpus: que, ꝓbaf 6° phyciorꝝ. ¶ Tum qz mobilitas non põt esse rõ formalis subiectiua subiecti pbye nãlis: qz rõ formalis subiectiua subiecti resolubilis ẽ diffinitio subiecti: cuius fauore subiectũ subicif oibus ꝑdicatis secundi modi que de tali enũciant subiecto. Und hec est regula generalis, omnis, ꝓpositio secũdi modi dicendi per se: cuius subiectũ est terminus resolubilis est scibilis: dubitabilis: demõstrabilis a priori ex primis: veris ĩmediatis prioꝛibꝰ: notioꝛibꝰ: causisqz ꝙclusionis. Et qz hac demõstratõe: quicquid habz in se ꝑncipiũ motus ⁊ quietis est mobile. Omne naturatũ hz in se ꝑncipiũ motus ⁊ quietis: ergo omne naturatũ est mobile: roborantur oĩa que in nãli pbya dixerunt: iõ volo q̃ linaturatũ sit subiectũ totius pbye: nec pono li coꝛpꝰ subiectũ ꝓp eius equocationẽ: põt. n. coꝛpus accipi ꝑ trina dimẽsione: prio genere ꝑdicamẽti substantie: prio altera pte aĩalis. ¶ Amplius ex ħ documẽto colligit idem necessario esse subiectuz totius ⁊ ptis. Est. n. demõstratio subiectũ totius logici negocij apud cõmentatorẽ primo prioꝝ capite primo: ⁊ doctrĩe posterioristice: ⁊ ita nãtuz erit subiectũ totius pbe: ⁊ libri de auditu nãli: ⁊ hoc

est ꝙ dicit cõmentatoꝛ septima pte ꝓhemij: librũ physicoꝝ esse totã phyam in potẽtia: cõcludo tandem principia reꝝ nãlium nõ esse subiectum libri physicoꝝ. ⁋ Tũ qꝛ nõ sunt subiectũ totius phye. ⁋ Tũ qꝛ nulla passio de eis demõstrari põt. ⁋ Tũ qꝛ cũ esse mobile sit p̃cipalissima passio intenta a pho nãli: respectu cuius principia nõ sunt opoꝛtunũ subiectũ iõ ⁊c̃. ⁋ His itaqꝫ p̃libatis r̃ndeo ad primũ. Distinctio d̃ notissimo via attributõis ⁊ via cognitionis soluit difficultatẽ. Uult. n. subiectũ vt sepenumero dixi via attributionis notissimum esse: atqꝫ certissimũ: non via cognitõis: ⁊ vt vtar terminis logicalibus: dꝫ subiectũ notissimuꝫ esse tanqꝫ quod: nõ tanqꝫ quo. ⁋ Ad secũduꝫ dico naturatũ posse fieri vniuersale rõe foꝛme explicite nomine cõcreto pꝛo indiuiduis supponente. Hinc est ꝙ soleo ꝯciliare cõmẽtatoꝛẽ mõ dicentẽ singulariũ esse diffinitionẽ: mõ vl'ia soluꝫ asserentem deffiniri. intentiones. n. rerũ nãliter significãtes explicant̃ noĩbus cõcretis ꝓ rebus supponẽtibus: ⁊ ita intelligẽda sunt oĩa loca Cõmẽ. Expedita ergo intentione circa quaꝫ foꝛtassis plura diximus qꝫ erat necesse: nunc vtilitas phye nãlis explicanda est.

Utilitas eius est pars.

Snia huius scđe ptis ꝓhemij generalis stat in h̃: qꝛ fauoꝛe ⁊ bñficio sciẽtiaꝝ speculatiuaꝝ d̃ quarum numero est phya nãlis: efficit̃ hõ beatus cognoscens deũ p essentiã oꝛnaturqꝫ oĩbus virtutibus moꝛalibus: iccirco phya naturalis homini sũmopere conducit.

¶ Pꝛo expeditione p̃ntis partis: est pꝛimo aduertẽdũ. Bonũ vtile id vocari solet: qõ pp aduẽtitium opus querit̃: nõ tñ pp subiectuꝫ in quo est ⁊ pp illa que in illo sunt. Bonũ honoꝛabile desiderat̃ pp se: nõ pp extrinsecũ opus: lꝫ pp aliõ a se: qꝛ pp subiectũ ⁊ pp alias facultates iuuandas in eodem subiecto. scientia speculatiua est bonum honoꝛabile: nõ vtile. Uocatur tamẽ sepenumuro scia speculatiua vtilis: nõ ꝙ sit quesita pp vtilitatem: sed qꝛ est id ad qõ ꝯsequunt̃ varie vtilitates. Bonuꝫ. n. honestũ secũ adducit multas vtilitates: ⁊ hac lege bonuꝫ vtile ⁊ honoꝛabile nõ ꝯdistinguunt̃. ¶ Scđo aduertẽdum est: ista dispõ. i. scia speculatiua p quã hõ acq̃rit esse pfectissimuꝫ accidentaliter: est homini felicitas vltima ⁊ sempiterna vita. ⁋ Contra: ꝓhemio octaui dicit̃: ista dispositio ẽ foꝛtunitas vltima: ⁊ ẽm fatuos vita eterna. ⁋ Itẽ scia speculatiua nõ est hoĩ felicitas: cũ nõ sit deus: solus aũt deus vt cognoscit̃ ab homine p essentiã ꝓpꝛiã est homini felicitas. ⁋ Confirmat̃: tertio de anima. 36. ista intellectio nõ currit cursu itellectionũ materialiũ nobis: ita ꝙ hoc intelligere sit pars partiũ sciarũ speculatiuaruꝫ: ⁋ Preterea iste hõ qñ intelligit deuꝫ p essentiaꝫ efficit̃ felix: sempiternus minime. ⁋ Respondeo ad primũ: qꝛ cõmentatoꝛ non fatetur aliũ statum nisi p̃ntem iõ ꝓhemio octaui asserit illos esse fatuos: qui pmanentiã in ĩdiuiduo sempiternã alio statu poptant: ⁊ hec ẽ cã ꝙ scribit̃ p̃io physicoꝝ 81°. secũdo de aĩa 34°. desiderio nãli pmanentiã in specie solum iure optari debere. ⁋ Ad secũdũ scia speculatiua est felicitas: qꝛ disponit ad felicitateꝫ: vnde scia speculatiua est notitia cõplexa ⁊ discursiua: felicitas est notitia incõplexa ⁊ intuitiua: ⁊ p essentiã: ⁊ qꝛ prima preparat intellectuꝫ humanũ ad secũdaꝫ: põt cõmentatoꝛ sibiipsi fieri ꝯsentaneus. ⁋ Ad tertiũ: dico ꝙ ista ꝓpositio est vera soꝛ. felix viuit vita sempiterna: qꝛ itelligit intellectione que est deus bñdictus qui est sempiterna vita: notitia. n. qua scitur deus p essentiã a soꝛ. est felicitas: est intellectõ eterna: est ipsemet deus vt hꝫ eẽ intentionale in intellectu soꝛ. ⁊ denomiat̃ a tali notitia soꝛ. felix: ⁊ intelligẽs intellectõe eterna. ¶ Tertio notãdũ est: iste terminus hõ cuꝫ sit terminus specificus est vera ⁊ nõ simulata vniuocatione vniuocus: ⁊ merito anime itellectiue oẽs hoĩes sunt disciplinabiles. ⁊ hi magis: qui magis volunt: rõne tñ coꝛpoꝛis anime intellectiue subiecti põt quispiã nõ eẽ aptus sciẽtijs speculatiuis: molles. n. carne aptos mente. Duros ineptos dicebat Aristo. scđo de aĩa. 94. ⁊ cõmentatoꝛ tertio de aĩa primo: cognitio speculatiua nõ est cõis oĩbus: ⁊ qꝛ q̃rto metheoꝛoꝝ. 54°. scribebat̃ ꝙ nõ põt facere opus in qõ oꝛdinat̃: dicit̃ tale equoce: iccirco põt docte saluari ⁊ vniuocatio ⁊ equocatio istius termini homo. ⁋ Cõtra: ꝓhemio octaui apparet in illa scia ꝙ hoc nomẽ hõ dꝛ equoce de eo qui pfectus est p scias speculatiuas ⁊ de alijs hoĩbus: ⁊ h̃ ẽm insipiẽtes phos. Solutio ẽ: erãt illi nõ sane mentis: qui existimabãt eos nõ ꝯstitui inesse per intellectũ: quoꝝ ingeniũ admoduꝫ erat rude ⁊ obtusum: qꝛ apud eos li hõ equocus erat equiuocatione sumpta a foꝛma. Uoluit aũt commentatoꝛ animã cogitatiuã ⁊ itellectũ nec re: nec operatõe seiungi posse. itaꝙ qñcunqꝫ cogitatiua incipit iformare mãm sic ⁊ sic oꝛganizatã: cũ ipsa sit vltimata dispõ ꝓ intellectu: ꝯfestim incipit intellect⁹ copulari cõposito ex mã ⁊ aĩa cogitatiua his intellectis pꝫ in dictis cõmẽtatoꝛis ꝯcoꝛdia. ¶ Quarto sciẽduꝫ. facit nãlis phya: vt phs ẽm eam bñ institutus sit iustus: ob iustitiã quã perspicit in rebus nãlibus inter se geometricã propoꝛtionẽ obseruãtib⁹: sit abstinens ⁊ tẽperatus: cum cognoscat indignitatẽ voluptatũ. vnde cibus est necessarius nõ vt sapidus sed vt nutriat: augeat: generet: cui ꝯcessit nã sapoꝛẽ vt appeteretur: facit ⁊ phya hominẽ liberalẽ: cuꝫ noscat phs essentie pecunie vilitatẽ ⁊ ꝙ studiositas in ea est vnũ de desiderijs p̃ter nãm: qꝛ oꝛdinarẽt se ad impfecti⁹ ⁊ ignobilius: qui pecunijs intenderẽt. Item hõ felix est audax. i. foꝛtis ex necessitate. nõ dubitãs moꝛtẽ sustinere potius qꝫ cõmittere scelus aliqõ: ⁊ introducit cõmẽtatoꝛ exẽpluꝫ soꝛ. q elegit moꝛtem pꝛe vita: ⁊ intelligo sic: omissis alijs declarationibus. Ante tps Platonis sapiẽtes erãt ꝓsequuti a vulgarib⁹: Soꝛ. ob suã sapiẽtiã iterijt: naꝫ sua scia cognouit deũ vnũ: ⁊ alios redarguebat multitudinẽ deoꝝ adoꝛãtes: h̃ pcipiens dux atheniẽsiũ noĩe Anetus coegit ipsum bibere venenũ in noĩe vnius dei: ⁊ nihil sibi nocuit: postea coegit ipm bibere venenũ in noĩe pluriũ deoꝝ ⁊ interijt: hec. s. Tho. in de cõsolatõe libꝛo pꝛimo: fuit ergo moꝛtu⁹ Soꝛ. qꝛ voluit ambulare in via populoꝝ ꝓpꝛia sibi: ⁊ in ꝓhemio octaui dꝛ: nitebatur ꝓcedere via ꝓpꝛia cum vulgo: lꝫ ipse nõ fuerit felix: qꝛ non habuit scientias cõẽs: logicã. s. ⁊ methaphysicã: nec ꝓpꝛias: nãlem vꝫ phyam ⁊ mathematicas. Preterea subiungit Cõm. phos inueniri vitiosos pp societatẽ hoĩuꝫ: sꝫ veꝝ ẽ: ꝙ q a virtutibus distrahunt̃ sunt phy dyaletici. i. opinantes tñ: ⁊ nihil pꝛofunde: resoluteqꝫ scientes. Uere. n. docti ⁊ sapientes a virtutibus minime seiunguntur.

Digressio.

¶ Quia cõmentatoꝛ p̃nti pte vult ꝙ ꝓ virtute ⁊ veritate tuenda teneatur homo felix exponere se moꝛti. Dubitat̃ vtruꝫ moꝛi magis eligendum sit: qꝫ scelus aliqõ operari: vꝫ ꝙ nõ: qꝛ moꝛs destruit bonũ nãe ⁊ bonum moꝛis: cõmissio sceleris bonũ moꝛis tñ. est aũt minus malum pdere vnũ bonum tñ qꝫ duo. ergo.

¶ Ad oppositũ est Auerr. cuius fundamentũ potuit esse: qui pp metũ moꝛtis operat̃ scelus aliqõ ãmittit bonũ virtutis quo nihil sublimius: bonum aũt qõ acq̃rit est ꝓlongatio breuis vite necessario tñ pdende: qui moꝛtẽ p̃eligit acquirit perseuerãtiaꝫ in foꝛtissimo actu foꝛtitudinis ⁊ aliaꝝ virtutũ ⁊ pdit longitudinẽ vite: cum ergo longitudo vite nõ possit adequari pseuerãtie in maximo ⁊ pfectissimo actu virtutis colligit̃ moꝛtem a felici eligendã foꝛe potius qꝫ viuere sine virtute. Item ꝓpꝛia vita hoĩs vt homo. est p̃sistere in bono virtutis non deuiando a recta rõne: sed p hoc ꝙ homo eligit moꝛtẽ nõ cõmittens scelus: p̃sistit hõ in recta ratione. ergo. Ad argumẽtũ ante oppositũ: dico ꝙ melius est beneuiuere qꝫ viuere: ⁊ qñ dicit̃ minus malũ est pdere vnum bonũ tñ qꝫ duo. Rñdeo id veꝝ esse: si vnuꝫ nõ icludat aliud. constat aũt bonũ moꝛis p̃supponere bonũ nature: sed de his tractãdis ptinet ad phm moꝛalem tertio ethicoꝝ capite tertio: ⁊ quinto ethicoꝝ capite. 13°. dicebat Aristoteles: multa esse: quoꝛuꝫ nullum neqꝫ voluntariũ est: neqꝫ inuoluntariũ vt senescere ⁊ moꝛi: ideo hõ felix dato ꝙ moꝛte pereat nãli: nec volens moꝛit̃: nec nolẽs. Uisa itaqꝫ nãlis phye vtilitate: paulopost oꝛdo ⁊ scientiaꝝ ⁊ partiũ phye cõmemoꝛãdus est.

Oꝛdo autẽ huius libꝛi.

qđ est actu finitū:vel loquit̄ cōtra antiquos infini
tum actu cōcedētes:vel dico q̄ si dare linea infi/
nita:grauitas infinita similiter ⁊ caliditas:q̄ illa
in predicamēto locarentur. ¶ Contra:ens finituz
⁊ limitatum diuiditur in.x.predicamenta:siue di/
uidat̄ diuisiōe euacuāte:siue nō:ergo. ¶ Solutio
est:īfinita ꝫm qd:⁊ finita simpliciter sunt eiusdez
rationis

rationis ⁊ habent eandē diffinitionem.vnde si li
nea esset infinita nō cōtineret ꝑfectionaliter alias
quantitates:ideo essz infinita ꝫm qd: ⁊ finita sim
pliciter. ¶ Dico secūdo:infinituz est quātuz nō ter
minatū: ⁊ est quantuz genus infiniti.i.subiectum
generale:q: infinituz est pars huius passionis di/
siuncte:finitum vel infinituz:ideo infinitum predi
catur de quāto essentialiter/idest secūdo modo di
cendi per se:in quo locant̄ ꝑpositiones quib⁹ ac
cidens essentiale enunciatur de subiecto.⁊ subdit
Auerrois:substantiam non inueniri in definitiōe
infiniti. ¶ Contra:in definitiōe infiniti cadit quā/
tum:ergo ⁊ substantia:q: quantitas est insepara/
bilis a substantia. ¶ Itē infinitū est quātuz nō ter
minatum:ergo ē quātuz. ¶ Solutio est. Ad pri/
mum sufficit quantitatez esse separabilē a substā/
tia ꝫm rationē ad hoc q̄ in definitione infiniti po
natur quātum ⁊ nō substantia. ¶ Ad secunduz:
est descriptio assignata quid nominis:non quid
rei. vnde hec propositio : nullum infinitum actu
est:valet istam:nullum quantum est sine termino;
Et subiungit Auerrois in calce cōmenti;substan
tiam tātum non dici infinitā:neqz habere mensu/
ram:q: ratio mensure vel est propria ratio:vel ꝑ/
pria passio quantitatis: ⁊ ista contradictio ē ꝫm
sermonem:nō scḋm rem.i.vel distincta est a proxi/
ma nō re:vel q: ē fundata sup cōcessis ab antiqs.

Digressio prima.

¶ Quia Ari. ⁊ Auerrois dixerunt ī presenti le
ctione finitum ⁊ infinitum concedi quanto per
se:ceteris generibus per accidens: ⁊ introduxe/
runt hanc cōsequentiā. tantuz substantia est:ergo
nō est quātitas.ideo expositores hoc ī loco de pū
cti:linee: superficiei:corpis:quātitatis:qualitatis
⁊ substātie distinctiōe copiose pertractāt: intendo
⁊ ego:quid tenēduz sit ad mentez Auerrois vo/
bis aperire. ¶ Et vt ordinate procedā:quero pri/
mo vtrū punctus sit res absoluta distincta reali/
ter a q̄ntitate. ¶ Pars negatiua ī primis ostēdit̄.
Tum q:omne receptum in materia mediāte qua
titate interminata recipit̄:ergo omne tale est diui
sibile.consequētia est Auerrois primo capite de
substantia orbis declarātis omnes formas in ma
teria receptas esse diuisibiles:ergo non dabuntur
indiuisibilia ad modum realium.constat autez q̄
prima rerum existētiū in materia est trina dimen
sio:fauore cuius ī materia cetera omnia suscipiū
tur. ¶ Tum q:punctus cū non sit substantia:erit
accidens.hoc est falsum:q: non pōt esse tot⁹ in to
to subiecto ⁊ ī qualz pte:ne duo pūcta terminātia
a.lineām non distent situ:⁊ ne idē pūctus numero
sit in alio ⁊ alio situ. Nec potest esse totus in toto
⁊ pars in parte:quia sic essz diuisibilis:⁊ habere/
tur intentū. Nec pōt esse in substātia indiuisibili
cum nulla talis detur preter intellectuz:nec pun
ctus continuans duas medietates potest esse sub
iectiue in vtraqz illarū:⁊ non est maior ratio q̄ sit
in vna q̄z in alia:ergo nullibi ē subiectiue. ¶ Tuz
quia:punctus esset per se in genere quātitatis:q:
non tantum esset terminus quantitatis:sed esset
vna res absoluta distincta realiter scḋm se totā ab
omni alia re:quēadmodū linea ⁊ terminus ē quā
titatis.⁊ cuz sit re ipsa seiuncta a superficie ⁊ cor
pore non faciens vnuz per se:cuz illis est per se in
genere.similiter ⁊ superficies. ¶ Tum quia:essent
infinite res actu scḋm se totas disticte:quarū nul/
la esset pars alterius:nec faciens vnū. Et causa/
retur res positiua absoluta noua per solaz diuisio
nem ⁊ per solam vnionez partiuz aque:res noue
positiue absolute generarētur:corrūperenturqz.
¶ Tum quia:primo de generatione.29.punctus:
linea:superficies:nō sunt in loco per se:neqz p ac/
cidens. Tamē si cōcederentur talia indiuisibilia:
ipsa essent in loco per se vel per accidens ad locū
totius. Et cū quantitas sit per se finita vel infini/
ta:ergo absqz quacūqz re addita sibi erit finita vl'
infinita. ¶ Iste rōnes tante sunt efficacie vt no/
minales has fateātur ꝑpositiones. ¶ Prima ē:
punctus non ē res indiuisibilis positiua ⁊ absolu
ta ab omni quātitate re seiūcta. ¶ Secūda ē:que
libet res diuisibilis seipa formaliter ē finita ⁊ ter
minata ⁊ ꝯtinua absqz quacunqz re sibi addita.si
eniz a linea tolleret̄ qcqd n̄ ē linea:adhuc ipa fini
ta eēt ⁊ terminata. ¶ Tertia ē:si hoc nomē pūct⁹
reddat suppositū vbo:ē pūctus res diuisibilis:q:
ē linea tante vel tante lōgitudinis n̄ vlteri⁹ ꝑten/
sa.si vero equaleat alicui cōposito ex noīe ⁊ vbo
⁊ ꝑnoīe:ē pūct⁹ indiuisibilis:idest linea vltra nō
protēsa:cui⁹ tn̄ quelibet ps ē diuisibilis. ¶ Con/
tra punctus ē terminus linee:⁊ ē id ad qđ copulā
tur partes linee:sz terminus semp ē aliud ab illo
qđ terminat̄ ad ipm. ¶ Itē ð fine quāti:idest ð pū
cto nō d: finitū vel infinitū:primo physicoꝝ.18.⁊
sexto physicoꝝ.86.motus pūcti p motū corporis
ē alicui⁹ indiuisibilis:⁊ ē p accidēs.⁊ ī pricipio se
xti ðmōstrat ꝯtinuū nō eē ꝯpositū ex īdiuisibilib⁹.
⁊ primo celi secūdo:sunt tres dimēsiōes:linea est
vnius mensure tantuz:superficies duarū. ¶ Iterū
sphera tāgit planū scḋm pūctū:⁊ n̄ tāgit nisi scḋm
īdiuisibile simpl'r:q: si tāgeret scḋz diuisibile eēnt
planū ⁊ sphera eiusdē figure scḋz ptes se ꝯtangē
tes:ergo aliqua ps circuli esset plana. ¶ Rursus
cētrū circuli ē simpl'r īdiuisibile:cuz sit id a quo
ad circūferētiaz oēs linee ducte sunt equales. Et
geometre diffiniūt punctū dicentes:punctus ē id
cuius pars non est. ¶ Propter istas ⁊ plures ali
as rationes ⁊ auctoritates tenendū ē:q̄ punctus

est simpliciter indiuisibilis ſm omnē dimēſionez. vnde in linea finita eſt punct⁹ in actu ⁊ i potētia. Per pūctū in actu itelligo pūctū terminātē ⁊ finientē lineā: ſeparantē ⁊ diſtinguētez lineam a linea. Per pūctū i potētia intelligiť pūct⁹ cōtinuans ptes linee adinuicē: inter duas eniz partes linee ſemp pūct⁹ in potētia medi⁹ reperiť. Et ē pūctus re ſeiunctus a linea: ſupficie: coꝛpoze ⁊ ſubſtātia. ¶ Neqz pria rō cōcludit: qꝛ vnūqōqz receptum in materia mediāte quātitate interminata ē diuiſibile: ſi ſibi non repugnet diuiſibilitas. cōſtat aūt puncto diuiſibilitaté repugnare. coꝛpus etiā de predicaméto quātitatis naturaltter priꝰ ē natura terminis ei⁹: ſed mathematice poſterius eſt: cū mathematici ex fluxu pūcti imaginario cauſari lineā: linee ſuperficiē: ſuperficiei coꝛpus imagi nātur. ¶ Ad ſecūdaz: id qō primo trine dimēſioni ſubijcit: ſecūdario ſupficiei: linee: ⁊ puncto ſubſternit. nō hz enim quodlibet accidēs ſubiectū ſibi adequatū: vt palam eſt de termino accidentis. ¶ Ad tertiā: linea ⁊ ſupficies in ſe cōſiderata ratiōnē habent quātitatis: cū linea ſit dimēſio: pariter ⁊ ſupficies. pūctus autez abſolute ſi capiatur: nullā hz in ſe rationez quātitatis. poſſunt itaqz linea ⁊ ſupficies eſſe in predicaméto quātitatis per ſe: vt ſi abſolute cōſiderentur. ⁊ reductiue: quatenus ſunt termini: at pūctus nō niſi reductiue i genere locabiť. ¶ Ad quartaz: aliqui volūt per ſolam diuiſionem ⁊ vnionez rem nouaz generari at qz coꝛrūpi vt de animali ānuloſo videť fateri Ariſtoteles ſecundo de anima. 20. ⁊ ita arbitranť in ſectione linee punctum partes linee copulantem euaneſcere: ⁊ duo in actu generari que nunqz in linea pfuerunt. ℣ Cōtra omnis coꝛruptio eſt a cōtrario: ibi nullū eſt contrariuz: ergo. ℣ Dico itaqz per diuiſionez linee puncta que fuerunt in potentia effici in actu: ⁊ per vnionez partium linee que fuerunt actu remanere in potentia capiendo potentiam vt opponiť actui diſtinguenti ⁊ ſeparanti. Et ne duo pūcta ante diuiſionem linee fuiſſent contigua vel cōtinua: opus eſt: vel fateri vnā partem linee terminatam duobus punctis: aliam terminatā tātum ex vna pte: quo modo cōceſſo fiet diuiſio inter punctū copulātē ⁊ partē linee. vel pūcta i potētia ſunt vnū p diuiſionē. ¶ Ad quītā: talia indiuiſibilia ſi mathematice ſumanť: nō ſunt in loco per ſe: neqz per accidēs. ſi naturaliter: ſunt in loco ⁊ mouenť per accidens. Diſtinctio quoqz de moueri per accidens. 5. phiſicoꝛuz primo. ⁊. 8. phiſicoꝛum. 27. ſoluit rationem. aliquando enim mouetur per accidens: qō poteſt moueri per ſe. ſepe dicitur moueri per accidens id qō nunquam per ſe moueri poteſt: quare quantitas qꝛ termino intrinſeco proprij generis finitur: dicitur per ſe finita vel infinita. Concludo ergo non ſolum dari punctum ſimpliciter indiuiſibilem: ſed ⁊ lineā impartibilem ſcōm latitudinem ⁊ profunditatez: ⁊ ſuperficiē indiuiſibilē ſcōm ꝓfunditatē: at coꝛp⁹ diuiſibile eſſe vndequaqz. hec de digreſſione. j.

Digreſſio ſecunda.

¶ Dubitatur ſecūdo: vtrū ſubſtantia ſit magnitudo. Videť i primis qꝛ ſic. ℣ Tū qꝛ materia pſeuata a Deo ſine quātitate ⁊ motu locali hz ptem extra partē: ergo ē quanta: ⁊ ē i loco in quo priꝰ erat: ergo. ℣ Tū qꝛ extenſio ē res extenſa ne in linea pedali ſint infinite extenſiones. ſi ē enim linea extenſa extēſione diſtincta a linea ⁊ pari rōne extēſio erit extenſa extenſione diſtincta ab illa extēſione: ⁊ ita deinceps. ℣ Tū qꝛ partes ſubſtātie nō diſtinguūtur a partibus quātitatis: ne in compoſito ſint tres extēſiones ⁊ tres quātitates. ℣ Tū qꝛ quarto phyſicoꝛuz. 15. materia eſt dimenſio. ⁊. 5. capite de ſubſtantia oꝛbis. ſol ⁊ luna ſunt dimenſiones. ¶ Iſte rōnes faciūt vt noſtales bis aſſentiant ꝓpoſitionib⁹. ℣ Pria ē: aliqua quātitas ē ſubſtantia. ℣ Secunda ē aliqua quātitas ē qualitas. habet enī aliqua ſubſtātia partē extra partē: ſimiliter ⁊ aliqua qualitas. ℣ Tertia eſt: oīs res extēſa ē quātitas: ⁊ oīs extēſio ē res extēſa. Erit itaqz quantitas vel ſubſtātia quāta: vel qualitas quāta. ¶ Contra: mā ē potētia: quātitas ē actus priꝰ ⁊ quinto capitulo de ſubſtātia oꝛbis. Et primo phyſicoꝛ. 63. materia ſubijcit trine dimēſiōi: ſed nihil ſubijcit ſibijpſi. Et. 4. phyſicoꝛ. 51⁰. ñ ē differentia inter vacuū ⁊ coꝛpus mathematicuz: cū vtrūqz ſit tres dimēſiones abſtracte a materia. eodē quarto. 60. hz Cōmentat⁹ pro incōuenienti quantitatē eſſe ſubſtantiā. ℣ Itē materia nō reſiſtit cōpreſſioni veſicā plenā aere: qꝛ ipſa pōt ſtare ſub minori quātitate: nec forma aeris: cū ⁊ ipſa poſſit ſtare ſub minori extēſione: nec aliqua qualitas reſiſtit pari rōe: ergo quātitas ē illa q̄ reſiſtit. ℣ Rurſus: generatio ſimpliciter dicta eēt augmētatio cū p ipſaz acqrať forma ſubſtātialis exteuſa: ⁊ eēt alteratio augmētū: qñ p ipſaz aliqua qualitas extenſa acqreret. ℣ Iterū: ſubſtātia ſentireť per ſe ſi eſſet magnitudo: cum magnitudo ſit ſenſibile cōe. 2. de anima. 64. ℣ Poſtrēo: qualitati aliquid cōtrariať: quantitati nihil: ſuſcipit qualitas magis ⁊ min⁹: ñ quātitas. Eſt qualitas a forma: quātitas a mā: ergo. ¶ Quare tenēdū ē nullam ſubſtātiā eē quātitatē: nec aliquā qualitatē eē magnitudinem: extenſionemqz re ipſa diſtare a re extenſa. ¶ Neqz ratio prima oppoſituz conuincit: quia mā ſeclusa quantitate nō habet ptē extra ptē. ⁊ theologice loquēdo: hz poſſit ⁊ dus facē quātitatē ſine ſubſtantia: ñ tñ ſubſtātiā coꝛporeā ſine quantitate.

quātitate. ⁊ rō ē: qꝛ deus pōt ſupplere vicez ſubſtantie ⁊ nō accidētis. ℣ Ad ſecundam: non ē extenſio res extenſa: ⁊ cuiťaꝫ ꝓceſſus in infinitum: quia vel extenſio non eſt extenſa: ſed eſt quo extēſum eſt extenſum. vel ſi extenſio eſt extenſa: ipa ex ſe formaliter eſt extenſa: ⁊ non per aliam extēſionem. ſolet enim eſſe priuilegiuz quantitatis: vt cōcedatur lineā eē quātitatem ⁊ quātam: ⁊ extēſionem eſſe extenſionē ⁊ extenſam. ℣ Ad tertiam dico: vna quantitate numero: ⁊ vna numero extenſione: omnia que in compoſito exiſtunt eſſe quāta ⁊ extenſa: veluti ⁊ theologi vno numero infinitate perſonas diuinas infinitas eſſe declarauerunt. ℣ Ad auctoꝛitates dico: materiaz eſſe dimēſionem. i. dimenſionataz: ſimiliter ſolem ⁊ lunam eſſe dimenſiones. i. coꝛpora dimenſionata: qī ⁊c.

Digreſſio Tertia.

Dubitatur tertio. Nūquid ſubſtantia materialis ſublata quātitate habeat partes ⁊ ſit in loco? In primis vī qꝛ ſic. ℣ Tum quia: ſubſtantia ē priꝰ quantitate: ergo partes ſubſtātie partib⁹ quātitatis. ℣ Tū qꝛ: diuiſibilitas in partes eiuſdē rationis concomitatur eēntiam quantitatis: ⁊ quātitas cauſatur a materia: ergo ⁊ diuiſibilitas in partes eiuſdem ratiōis cauſatur a materia: ergo diuiſibilitas primo cōpetit materie: ⁊ merito materie quātitati. ℣ Tum qꝛ: materia non eſt tota in vno ſed in multis eſt partita: ergo habet partez: ſed quod habet partem ⁊ partez eſt diuiſibile: videtur ergo ſba materie diuiſibilis eſſe. ℣ Tū qꝛ: ſubiectū nihil hz ab accidente ō eēntialibus ſibi. Eſt aūt eſſentiale materie qō eſt de ipſa in vno: ⁊ qō eſt de ipſa in alio: ⁊ ſic de alijs in que eſt diuiſa: ergo partes illas a quātitate non habet. ℣ Tū quia: ſeclusa quātitate adhuc caput diſtat a pede: ⁊ eadē materia ſm eēntiā ē ſub vno minimo terre: ⁊ poſt ſub ōcē aque: ergo partes materie aque magis diſtāt qz qñ erāt ꝓdēſate in minimo terre. ℣ Tum qꝛ: ſub certa quantitate ſtat eſſe plus vel minus de materia: ergo non ſunt partes materie reſpōdentes partibus quātitatis. ℣ Tum quia: ſublata quātitate a materia: materia eſt ita hic q̄ non ibi: ergo eſt in loco. ¶ Iſte ratiōes faciūt: vt multi has affirment ꝓpōnes. ℣ Prima ē: materia ſeclusa quātitate ē diuiſibilis in partes eiuſdē rōnis: non in partē extra partē. Eſt enim apō ipſos: ꝓpria rō quātitatis habere partez extra partem. ℣ Secunda ꝓpoſitio: materia ablata quātitate eſt in loco non circūſcriptiue ſed diffinitiue. ℣ Contra: materia denudata a quātitate: aut eſt ſimplex: ⁊ ita habeť intentum. aut eſt compoſita prima aut ſecunda cōpoſitiōe: non prima vt conſtat: ergo nec ſecunda que primam preſupponit. neqz valz tertia compoſitioficta a modernis que eſt ex partibus eiuſdem rationis cuz toto. ℣ Tuz quia: partes alicuius ſubſtantie vel ſunt quantitatiue: vel qualitatiue. ℣ Tum quia: color ſeclusa quantitate eſſet diuiſibilis in partes eiuſdem rationis. ℣ Item: partes ille differentia accidentali non differunt: nec ſubſtantiali: quia non forma nec materia: quia in principio materiali conſentiunt: ergo illo non differunt. neqz valz reſponſio dicentium illas partes differre numero tantum: quia differentia numeralis ē per varias formas eiuſdez rationis vt habent eſſe in re extra animā. ℣ Item: diuiſibilitas eſt propria ratio quantitatis. 5. metaphiſice. 18. opus eſt enim diuiſibilitatem: vel ſit propria ratio: vel ſit paſſio conuenire alicui ſubiecto per ſe primo ⁊ hz ipſum: ſed reſpectu ipſius nullum aliud oportunum ſubiectuz inuenietur q̄z quantitas continua: ergo. ℣ Rurſus ratio eſſendi in loco eſt quantitas extrinſeca ⁊ extranea a ratione ſubſtātie: ergo materia denudata a quantitate non erit in loco. ¶ Quare tenēdum eſt: materiam ſeclusa quātitate non habere partes: non locari: non eſſe diuiſibilem. Unde ratio menſure non eſt propria ratio quantitatis: qꝛ linea infinita nō menſurat. Unitas menſurat: ſz eſt diuiſibilitas propria ⁊ adequata ratio quantitatis ꝓtinue. ¶ Neqz pria ratio oppoſitū cōuincit: partes. n. mā quo ad entitatem ſunt priores ptib⁹ quātitatis: in ratiōe tñ ptis ſunt poſteriores quēadmodū ſubſtantia eſt priꝰ quātitate: ſubſtātia quāta quātitate eſt poſterior. ¶ Ad ſecūdā: dico q̄ quicquid ē cā antecedentis eſt cā conſequētis: q̄ effectus a cā ſecūda dependet p illud quo cauſata eſt a prima. Diuiſibilitas aūt pendet a quātitate nō ſm q̄ quātitas depēdet a mā. rō ergo non ꝓcludit niſi q̄ mā eſt diuiſibilis rōe quātitatis. ¶ Ad tertiā ⁊ quartam rōnes: dico mām eſſe partitā merito quātitatis: neqz diuidi conceditur mām niſi per accidēs. ¶ Ad qntā: nonbabebit mā partes ſeclusa dimēſiōe: neqz ptes vnius mām magis diſtabūt q̄z ptes alterius. ¶ Ad ſextā: dico q̄ ſub certa quātitate nō pōt eſſe plus vel min⁹ de mā: cum quātitas ſit inſepabilis a materia. ¶ Ad vltimam: nō eēt mā in loco remota quātitate: cū quantitas ſit rō eēndi alicui in loco. Diſtinctio ēt de eē in loco circūſcriptiue ⁊ diffinitiue ⁊ ſacramētaliter. ⁊ ſi theologica ſit: peripatheticis tamē non ſatisfacit. Pretermitto exinduſtria quomodo alicui⁹ coꝛpis pedalis infinite lōga eſt aliqua pars: ⁊ quō quadratuz bipedale octuplū ſit ad quadratū pedale: ⁊ multa alia locis ꝓprijs examinanda. Hec de pūcti: linee: ſupficiei: coꝛpis: qualitatis ⁊ ſubſtātie diſtinctiōe adducta ſufficiant.

¶ Tex.cōmenti.16.17.18.19.

Et etiā cuz vnū dicaſ.

Snia gnālis ſtat i hoc:nō pñt veteres accipe ens eē vnū ꝙtinuū:cū in infinitū ꝙtinuū ſit diuiſibile. ipſi autem vnum ponebant ſimplex excludens multitudinem actualem ⁊ potentialez: neqz vnuz vt indiuiſibile: quia indiuiſibile nec finitū nec infinitū dici pōt: neqz vnū rōe: ne diſperata: ꝓria ⁊ ꝺdictoria ſint idē rōe. ¶ mittit Ariſtoteles vnū ſpē:vnū genē:⁊ vnū analogia:qz ātiqui oīa fecerunt vnū numero:altero iſtoꝝ triū modoꝝ.

¶ Crica ꝓmētū.16. Supficies ē ꝙtiua:capiēdo ꝙtinuū ꝓ eo cui⁹ ptes copulanſ ad terminuz cōez. At ꝙtinuū pzio celi.3.ſumiſ ꝓ nō reſolubili i aliā dimēſionē: qua ſignificatōe dz ibi linea eē tantuz ꝙtinuā:ſupficiē eē tantū diſcretā:cū ipa ſit primū qō de ꝙtinuis quātitatib⁹ i aliaz dimēſionē reſolueſ:cozp⁹ vero ꝙtinuū ⁊ diſcretū: quaten⁹ ſupza lineā ꝙtinuā addit ſupficiē diſcretā: ⁊ ſupza ſupficiē diſcretā lineā ꝙtinuā. ℣ Ampli⁹ i trāſlatione greca: rō vocaſ aliqd erat eē.ſepe dz rō qō qd ē. ⁊ rō ē:qz i ꝓpoib⁹ neceſſarijs nō differt enūciare de pñti:de ꝑterito:⁊ futuro. ⁊ i trāſlatiōe Auerrois dicit:rō ſignificat qditates.⁊ colligit ex pñti textu ⁊ cōmēto dari in rez nā indiuiſibile ꝓter intelligentias.

¶ Circa cōmētū.17ᵐ. Dico pzio ꝙtinuū: qz ē diuiſibile in ifinitū:nō repugnabit celo vt ꝙtinuum eē diuiſibile i ifinitū: ſz celo vt celū nō cōcedaſ diuiſibilitas niſi ꝑ deſignationē. multa.n.alicui nō repugnāt ſub rōne vniuerſali: q tñ rōni ꝑticulari penit⁹ aduerſanſ:ſexto phyᵏ.15.ſeptimo phyᵏ. 2. gnto methaphiſice .27. Et ex hoc ꝙ Cōmētator aſſerit ꝙtinuū nō eē vnū ſimpliciter:colligiſ palā ꝓſtitutū ex plurib⁹ ꝑtib⁹ nō eē vnū ſimpliciter: ſz vnū actu:⁊ plura potētia. Añ tenendum ē ꝙ iſte lapis ſit ſimplr plures res:cuz nō ſit aliud qz ſue partes:cū quo ſtat veritas iſti⁹ ꝓpōnis:iſte lapis ē vn⁹ lapis. Et ex qz iſte lapis ꝑ ſe pzio exiſtit:⁊ ē hoc aliqd:ptes ei⁹ nō niſi ſecūdario exiſtūt ⁊ nō ſunt diuiſiue capte hoc aliqd:ad hūc ſenſuz ſolet ꝓcedi(⁊ docte)ꝓpoſitū eē vnū ſimplr. ℣ Dico ſecūdo:nō ē tantū multitudo ſm diuerſitatē partiū aſeinuicē:ſz ⁊ ſm diuerſitatē ptis a toto. Añ ps ⁊ ſi non ſit a toto ſepata:nō ē tñ eadem cum toto: non eſt enim putandum manū ⁊ pedē idez eē cuz ſorte. Et eſt queſtio:vtrum totū ſit ſue ptes:pſcrutanda ꝑ ſe.nā totū non eſt idem parti:cum ſit aliō a parte:nec totū differt a partib⁹:cum totū nihil aliud ſit qz cōgregatio ptiū. ⁊ hec qō accidit etiā in partib⁹ rerū cōtiguarum. ⁊ dicitur animal contiguum:vel qz ꝓgreſſu⁹ mot⁹ non eſt vnus:vel quia in animali ſunt plures forme partiales: vel quia animal eſt etherogeneū. inaiata oīa: ⁊ animata vt animata:ſunt homogenea:quare ſingule partes a toto diuerſe ſunt: omnes tamen efficiun turtotum.

Digreſſio.

¶ Querit vtrū totuz ſit oēs ei⁹ ptes ſimul ſumpte. ℣ In primis vꝺ ꝙ nō. Tuz qz.4. phyᵏ.45.6. phyᵏ:85.8.phyᵏ.76.2.celi.51.celū mouek ħz partes:⁊ nō ħz totū. ℣ Tū qz ex itellectu ⁊ itelligibili qō cōponiſ non ē aliqō tertiū: ſicut ē de aliis ꝓpoſitis ex mā ⁊ forma. ℣ Tū qz.5.methaphyſice.19. ſex nō ē bis tres:ſz ſemel ſex.⁊ ſeptio methaphi. 26.generatū ē cōpoſitū ex materia ⁊ forma ⁊ eſt aliud ab eis. Eodē libro vltimo:ꝓpoſitū ex elemētis ē aliqd ꝑter illa: ⁊ dat exēplū ō litteris ⁊ ſyllabis. ℣ Tū qz: quecūqz ſunt eedē eidē numero: ſūt eedē inter ſe:ptes ſimul ſumpte ſunt idē toti:ergo ⁊ iter ſe:ergo ſunt vnū nūero:ergo oīa ſunt vnuz numero. ℣ Tū qz:mā ⁊ forma ſimul ꝙſtituūt cōpoſitū:⁊ ſunt idē qō cōpoſitū: ergo ꝓpoſitū cōſtituit ꝓpoſitū. ℣ Tū qz:partes ſunt pziores toto:⁊ ſunt idē qō totū:ergo idē ē pzius ſeipſo. ℣ Tū qz:idez eēt diuiſibile ⁊ idiuiſibile:albū ⁊ non albū: ⁊ paria eēnt imparia:equalia inequalia. Quātitas cōtinua eēt quātitas diſcreta: ⁊ numer⁹ binari⁹ eēt numerus infinitus. Et eadē ꝓpoſitio eēt neceſſaria ⁊ ipoſſibilis:copulatiua ⁊ diſiunctiua. ℣ Tuz qz:compoſitum terminat generationē ꝑ ſe pzimo: non partes: ⁊ requirit riſibilitas vnum ꝑ ſe ſubiectum vnitate abſoluta: partes aūt ſimul ſumpte non ſunt vnum niſi ꝑ indiſtinctionem relatiuam.

¶ Iſte rōes ſunt tāte efficacie:vt multi clariſſimi expoſitores bas affirmēt ꝓpoſitōes. ¶ Pzima eſt: totum a partibus ſimul ſumptis ſeparaſ per vnitatem ex partibus reſultantem: quaſi vellnt dicere:totum eſſe vere vnum:partes aute eē vnum tantuz per aggregationez. ℣ Contra:vnitas aggregatiōis ē tm̄ reſpectu exiſtētiū in actu: quoꝝ nullū ordiaſ eēntialr ad aliō:ergo ptes alicuius toti⁹ ſiue ſint qualitatiue : ſiue quātitatiue: nō ſunt tm̄ vnū ꝑ aggregationē. ℣ Ampli⁹ dicūt aliꝭ:totū differre ab oib⁹ ptibus ſimul ſumptis ꝓ oēs ptes. ℣ Contra:ſi oēs ptes ſunt:mediātib⁹ q̄ b⁹ totum diſtet ab oibus ptib⁹ ſimul ſumptis:ergo oēs partes ſimul ſumpte differūt ab oib⁹ partibus ſimul ſumptis. ſi enim homo differat a leone per rationale:ergo per locū a maiori rōnale diſtabit a leone iuxta vulgarē ꝓpoſitiōez:ꝑter qō vnūqōqz tale:⁊ illud magis. ℣ Quare coguntur reales fateri totū eē vnuz vnitate abſoluta: ptes aūt non eē vnū niſi per indiſtinctionez relatiuaz.

¶ Scōa ꝓpoſitio ē:totū differt a parte: ⁊ pars a toto

a toto. Totū tm̄ differt a parte ꝑ aliā partē.at ps a toto diſtinguiſ nō ꝑ priuationē ſed ꝑ negatiōez partiū quas totuz hz:⁊ non pars. ℣ Tertia ꝓpō eſt:omnes ptes ſimul capte nō ſunt aliud qz totū qz nō ſunt aliqd ſed aliqua:⁊ ita erit totū nō congregatio:ſed ex ꝙgregatōe partiū. ℣ Quarta eſt: nulluz eſt totuz qō ſit omnes eius ptes ſimul ſumpte:vt pz de toto eſſentiali: ⁊ quātitatiuo:⁊ toto per accidens:de quo minus videbaſ. Eadem.n. exiſtētia exiſtit ſoz.⁊ albedo ei⁹. ℣ Cōtra:Auer. pñti cōmento:⁊ 4° phyſicoꝝ.43.2° de aīa.10. ⁊ alibi ſepe docet totū nihil aliud eē qz ptes ſimul ſumptas:vnde dicebat.7°.methaphyſice. 44.i indiuiduo nō eſt niſi hec mā ⁊ hec forma. ℣ Itez ſi totū a partibus realiter differret:poterit ēm ſi dem deus entitatē totius a partibus ſeparare ⁊ ſeparatā ꝙſeruare.poterunt quoqz partes ſimul iuncte independentes a toto:ſine toto inueniri. ℣ Rurſus:linea que eſt totuz:⁊ oēs partes eius ſimul ſumpte:eſſent in eodē ſitu ⁊ ſubiecto:ſi⁹ totum coꝛpus:⁊ oēs eius ptes ſimul capte. Et eſſet ternarius quaternarius:ꝑter vuitatē ternarij ſupadditā vnitatibus ex quib⁹ reſultat ternari⁹. ℣ Iterū ne in eodem ſint plures māe:aut plures forme vltimate:aut plura cōpoſita:nō pōt totum ſupaddere aliquid partib⁹:q ſit mā:aut forma: aut cōpoſitū. ℣ Quare ne gcqz ſit qtuz plurib⁹ quantitatib⁹:⁊ caliduz pluribus calozibus:⁊ ne multiplicenſ entia abſqz neceſſitate:tenēdum eſt totū eſſe ſuas ptes:⁊ quālibet ptē totius eē ſuas partes:⁊ partes eſſe totū:⁊ oēs ptes ſimul ſumptas eſſe totum:vt abunde declaraſ.6.phyſicoꝝ 38. ¶ Neqz pzima rō oppoſitū quincit:qz celuz mouek localiter ſm formā:cū moueaſ circa centrum:nō ſm mām:qz nō mutat locū:celum quoqz mouetur ſm ptes ſm mām:non ſm totū ſm māz. vnde.8.phyſicoꝝ.76.dicebat Auerr. Tota ſpa ⁊ oēs eius partes mouenſ:ſed totū mouek in locis diuerſis ħz formā tm̄: ⁊ ptes ħz formā ⁊ māz. ℣ Cōtra:celū quieſcit ſm ſubiectū:ergo pōt moueri ſm ſubiectū:qz pzuatiue oppoſita circa idē ſemp neceſſe eſt inueniri. ℣ Solutio eſt:vel ſufficit aliqd eiuſdē rōis cū celo poſſe moueri ħz ſubiectū:vt ſtat de infimtis ptibus celi. Vel celo inquantū qnieſcenti ſm ſubiectū nō repugnat moueri ſm ſubiectuz:ſed bene celo vt tale quieſcens repugnat moueri ſm ſubiectum. Multa.n.vt ſupza dixi cōueniunt alicui ſub rōne vniuerſali:que rationi particulari penit⁹ aduerſanſ. ¶ Ad ſecundā:forme vnicuiqz ſubſtātiali ħz eē reale coꝛrñdet mā ⁊ celeſtis ⁊ ſubceleſtis ex quib⁹ reſultat nātuz qō eſt cōpoſitū ex mā ⁊ forma:forme ħz eſſe intentionale rñdet itellectus ex quib⁹ non fit naturatū. Et tanta vnione vnitur itellectū intellectui: vt intellectus efficiaſ quodāmō oīa intelligibilia.3.de aīa.37.mā aūt ⁊ ſi formā ſuſcipiat nullatenus tm̄ forma dici pōt. ¶ Ad tertiaz:bis tria:⁊ ſex differūt rōne tm̄. Dicunt ſex bis tria ꝑ ductū duoꝝ in tria:qua rōe nō dicunt ſex eſſe ſex. Vel dicatur ꝙ ſex ſunt bis tria:ſed nō eſſentialr. Vel duo tria ſunt mā ſenarij:quia ſenarius vltra vnitates dicit formā:que forte eſt vltima vnitas in comparatione ad ꝑcedentes. Et eſt generatū aliud a partibus diuiſiue captis. ℣ Amplius ſyllabe non ſunt ſue lr̄e tm̄:qz ille ſunt ſyllabaꝝ mā. Mixtū quoqz nō eſt tm̄ elementa:qz illa ſunt veluti materia:ħz ē mixtū materia ⁊ forma. ¶ Ad quartam:negaſ pzima ꝙſequentia:qz predicatuz minoris nō ē ſubiectū maioris:⁊ ſi poneret:eedē minoꝝ eſſet falſa:qz ly eedem tenetur diuiſiue:⁊ ſi collectiue teneret:opus eſſet ⁊ in maiori ita tenere:⁊ ita maioꝝ eſſet falſa:⁊ cuz infertur:omnia eē vnū numero.iterum negatur conſequentia:qz fateoꝝ oīa eſſe vnum vniuerſum numero: nō tamen vnum numero. ¶ Ad quintā:dico ꝙ ex illis premiſſis dz inferri:ergo cōpoſitū eſt idem ꝙ conſtituentia cōpoſituz. Et ex aliis ergo totum eſt pziora ſeipo. ℣ Ad aliud:fateoꝝ idē eē diuiſibile ⁊ indiuiſibile collectiue:qz ſoz.ē coꝛp⁹ ⁊ aīa itellectiua:ſcutū qz cui⁹ vna medietas eēt alba ⁊ alia nig eēt albū ⁊ ñ albū.⁊ ſunt paria ſparia:⁊ equalia inequalia: qz ħ pedale ē due medietates:⁊ tres tertie. Ampli⁹ quātitas ꝙtinua nō ē quātitas diſcreta eēntialr:imo due medietates vni⁹ ꝙtinui ñ ſunt numer⁹biari⁹ actu ſz potētia tm̄:⁊ ita nūer⁹ finit⁹ nō ē numer⁹ ifinit⁹ actu:neqz magnitudo finita ē multitudo infinita actu. Itē ꝓcedendū ē eādem ꝓpoſitionē vocalē ⁊ ſcriptā copulatiuā eſſe ⁊ diſiūctiuā:⁊ verā ⁊ falſaz:qō ō mētali nepbas eēt affirmare: ⁊ ꝙſequēter loquēdo ſtat ꝙ ſortes ītueaſ a.⁊.b.tm̄ nō videat.b. Et cuz iſta dies fit:⁊ iſta dies fit.24.hore.24.hore ſunt:exquo nō ſequitur quālibz illaꝝ exiſtere. Et ita cū tps ſit:oēs ei⁹ partes ſunt:⁊ nō ſequiſ quālibz illaꝝ exiſtere:vel dicatur ꝙ totū pmanēs ē ſue partes:nō aūt totuz ſucceſſiuū. ¶ Ad vltimā dico ꝙ illa que concedūtur toti:ꝓcedunſ ⁊ partib⁹ ſimul ſumptis: nō aūt ptib⁹ diuiſiue acceptis: hec de digreſſiōe.

¶ Circa cōmētū.18ᵐ. Obſeruādū pzio:quātū eſt diuiſibile per ſe:reliqua omnia predicamenta per accidens. ℣ Contra:intellectiones ſunt indiuiſibiles:⁊ qualitates ō pzima ſpecie:ergo ℣ Solutio eſt:vel intellectiones ſunt diuiſibiles ratiōe obiectoꝝ. Vel ſentētia Auerrois ē vera de.2. 3.⁊.4.ſpecie qualitatis:vel ſciētia eſt diuiſibilis: quatenus eſt qualitas gradualis:iſte ſunt rñſiones cōes. ℣ Dico ego ad mētez Auerrois ſolum accidentia eſſe in ꝑdicamētis accidentiū que fun

dant in his que ponunt directe in genere substā tie:cuius genus generalissimū est corp⁹ tangibile: vt Auer.docet apud Porphyriū cōmentatiōe tertia:oēs ergo qualitates predicamētales erūt diuisibiles p accidens:q; sunt in corpore:intelle/ ctiones aūt sunt in ītellectu:qui nec directe locāt in genere substātie:nec fortassis ꝓncipiatiue: cuz homo nō sit in genere substātie p intellectū:sz tm̄ p animā cogitatiuā. Et hec est cā:q; soleo dicere qualitatē de prima specie esse analogice qualita/ tem:ꝛ dimensionē interminatā nō eē in ꝑdicamē to quātitatis nisi reductiue:veluti ꝛ suū ſbiectū: ꝛ potentiā absolutā materie nō esse ꝓprie in se/ cunda specie qualitatis:cum ibi vere sint potētie ad agere ꝛ opari:potētia aūt radicalis materie fit ad actum primū:ꝛ accidētia celestia nō esse in predicamēto. ℣ Cōtra:magnitudo celi:tempus: motus celi ponunt ab Aristotele in ꝑdicamento q̄ntitatis. ℣ Solutio est:hec ꝓsiderata mathema tice quo.s.ad diuisibilitatē ꝛ ꝓtinuitatē eor:pos sunt locari in genere vniuoco:nō tñ nāliter ꝓside/ rata vt eniz mathematice ꝓsiderarē nō requirūt subiectū:sz bene vt nālia. ℣ Attēdenduz secūdo: finitū ꝛ infinitū nō dicunt nisi de quāto:nō de fi/ ne quanti.i.de puncto. Est aūt punctus infinit⁹ negatiue:q; nullā penitus hz quātitatē:nō est in/ finitus priuatiue:nec infinitus negatiue:q; infi/ nitam habeat quantitatem.

¶ Circa cōmētū.19ᵐ. Est aduertēdū primo:q; Heraclitus voluit oīa eē in ꝓtinuo motu:ꝛ dixit duo ꝺictoria de eodē simul verificari.4.metha phifice.28.ꝛ ita coactus erat fateri id qō ē:ꝛ id qō nō est:esse vnū:neqz solum id qō est vnuz:non vnū:sed nihil oīno esse:ex dictis eius colligebat. ℣ Ampliꝰ antiqui oīa ꝑdicamenta fecerūt idē re ꝛ ratione. At nominales affirmāt vnū ꝑdica/ mentū cum dimidio realiter distingui:cetera non re sed rōe.ꝑdicamentū.n.substātie ꝛ prima ꝛ ter tia spēs qualitatis re ipsa seiūgunt:reliq; rōe tm̄ apud ipsos. ¶ Scōo notādū est:q; Heraclitus dicebat eundē equū bis nō posse intrare fluuiū: iō expositores mihi pñti loco inducūt duas ꝓpo sitiones. Prima est:soctes a principio vite vsqz in finē manet idē numero.q; principalio⁹ ps ma/ net eadem:intellectus.s. Scōa est:plante ꝛ bruta ea idētitate pmanēt idem numero:qua fluuius ꝛ aer:q; mā eoz fluit:sīlr ꝛ forma. ℣ Cōtra nullum esset discrimen inter augmētū animatoz ꝛ inaīa/ toz:iō dicendū est mām ꝑm se totā fluere:formaz aūt pmanere. Est.n.augmētatio ꝑm formā:non ꝑm mām:q; mā fluit ꝛ nō forma:primo ꝺ gnātiōe 35.38.vnde stat variationē factā esse i mā:nulla mutatione penitus facta in forma:ēt si sit forma extēsa ad extēsionē māe:ꝛ dato q; forma flueret: ipsa tm̄ tantum per accidens flueret:sz de his ali/ bi pertractandum.

¶ Textus cōmenti.20.21.

Et posteriores antiquo

rum. Sentētia Ari.ꝛ Auer.est:quidā posterio/ res timuerūt fateri banc ꝓpōnez:sor.est albus:ē muficus:est bipedalis::ne cum ista sint:cōcedant vnum esse multa:ꝛ cum illa sint accidentia fateꝛ tur accidens esse:qm̄ ly ens apud ipsos solū sub/ stantiā designabat:ꝛ q; vnū nomen solū hz vnuz significatū:ꝛ nō est q; est multa vnuz:cum multa vni opponant:nullo pacto ꝓcedendū putabant vnum esse multa:ꝛ nō negabant bas ꝓpōnes: sor.est alb⁹:est muficus:q; colligerēt ex bis mlti/ tudinē esse in rez nā:vel q; sequerēt aliud ab ipo q;.s.copula copulet inter diuersa:vt moderni ru/ diter exponūt.q; igitur li ens significat substan/ tiam ꝛ accidens:ꝛ vnum dicitur multis modis: ideo sunt decepti.

¶ Circa cōmentū.20ᵐ. Quia antiqui timnerūt exprimere in ꝓpositōibus hoc verbū esse: infero q; ipsi admittebāt ꝓpōnez de scōo adiacente: nō de tertio:cuius oppm̄ credit cōiter.ly.n. in voce ꝛ scripto,ꝑō binaria inueniaī: nō tñ in mēte:relin quo opi. Petri mantuani tenētis dari ꝓpōnem de scōo adiacente in mente: quam difficultatem scripsi secūdo phiermenias.

¶ Circa cōmentū.21ᵐ. Est obseruandū primo: esse hominis ꝑm albedinez est aliud ab esse bois ꝑm muficā:ꝛ est subiectū vtriusqz hz humanitatē .i.bō est subiectū albedinis ꝛ mufice:ꝛ inferaī ex boc:acña terminata imediate fundari in cōposi/ to:vt hz pⁿ phyſicoꝝ.63.ꝛ pⁿ capite ō ſba orbis. Et ly bō bēat tm̄ vnuz esse ſbale:hz tm̄ plura esse accidētalia:vnius.n.tm̄ est vnū eē ſbale. ¶ Se/ cundo sciēdū:moderni hāc ꝓpōnez:vnū ē multa ita iterpretanī.i.multa ꝓdicanī de vno. ℣ Cōtra Auer.formaī istā ꝙnam:vnuz subiecto est multa rōe:g̃ vnū est multa ꝓbat añe:q; sor.ē alb⁹ ꝛ mu ficus:ꝛ hec suut multa rōe:g̃ vnū est multa:neqz veteres negabāt multa ꝑdicari de vno:fatebanī eiz platonē ambulare:albari:cenare. ℣ Ampliꝰ ab ipsis daī alia expō.vnū est multa.i.vnū ē mul tum. ℣ Cōtra:multū est relatiuū pauci:quare di co q; nō est incōueniēs ꝓcedere vnū esse multa.

¶ Textus cōmenti.22.23.24.

Cuz igitur processerūt.

Snia gnālis est. Rō Melissi peccabat forma: quia

q; ex opposito antecedētis inferebat oppositum ꝙsequentis:qui modus arguēdi tenet tantū in cō uertibilibus:ꝛ in ꝙsequētijs quaꝝ ꝙsequens dicit cōtingentē cōnexionē ad antecedens:vt sunt con/ ditionales Ari.ꝓ̄o de anima.13. Erat ꝛ sylogis/ mus Melissi vitiosus materia:ꝛ nō erat tale ens īmobile: etiaz si fuisset infinitū: q; ꝛ ptes moueri pñt toto gescente:ꝛ totū alterari potest absqz no ui loci acquisitione.

¶ Circa cōmentū.22ᵐ. Cōtradixit conclusioni eoꝝ p se.i.directe incipit ꝺicere argumētis eoꝝ: idest soluere rōnes illoꝝ. hec.n.duo exigit dispu/ tatio.s.ꝙpleta:mentiēte reꝓbare:ꝛ argumētis veritatez impugnātibus satisfacere. ꝛ paulopost subdit Auer.sermones sophistici ꝺicunt facili⁹ q̄z dispūtatiui.ꝛ rō ē:q; dispūtatiui accipiūt ꝓba bilia que scōm totū nō possunt esse falsa.

¶ Circa cōmentū.23ᵐ. Est primo attendēdum: principiū qō est extremū magnitudinis:cuz fuerit nō ens:magnitudo erit infinita.i.cū magnitudo ñ habeat principiū qō sit magnitudinis extremū:ista erit infinita ꝛ erit vna:q; cū ea nō erit aliud.infi/ nitū.n.nō ꝙpatiē secū aliud.vñ si esset aliud coꝝ⁹ ab infinito facēt cū illo aliqō maius infinito. ℣ Se cundo notandū est:principiū substātie tantū.i.ma/ gnitudinis:ē punct⁹ vel linea:ꝛ caput cuiusqz spa tij.principiū tpis ē instans:ꝛ iste dies respectu ge niture Platonis.principiuz alteratiōis nō subito facte ē alteratio iperfecta.ñ assignaī aūt ꝓncipiuz alteratōis subito facte. Hec,ꝓpositio:q;q; nō ge neratur nō hz principiuz tpis:est vera.sz tale nō dī infinituz.infinituz.n.caret principio ꝛ fine magni/ tudinis. Ampliꝰ nō ē verꝝ q; qcqd genereī bēat principiuz alteratiōis:qm̄ non oīs alteratio hz ꝓn cipiuz:vt alteratio subita:ꝛ dī gnātio gnāri.i.inci pere eē:nō q; ipa sit terminus gnātionis:vel gnā/ tio generaī:q; est id quo aliqd generaī. Ān trāſ mutatio tpe mensurata hz principiuz magnitudi/ nis:quatenus subiecti vna pars ꝓius transmu/ tatur q̄z alia. Generatio mōtanea nō hz princi pium alteratōis:neqz principiuz magnitudis:neqz tpis:ꝛ hoc ē qō itendit Auer.ꝛ nō ꝓtingit.s.princi piuz ei qō gnātur simplr.i.ꝛ nō ꝓtingit apud istū virū vt principiū gnātōis sit illud qō ē in substan tia tm̄.i.magnitudis:sz ꝛ in alio.i. alteratōis ꝛ tē porīs:cū simplr induxit hoc nomē gnātio in ꝓpo sitiōe ꝛ nō determinauit ipuz:ꝛ hoc ē quasi g opi/ naī q; alteratio ñ fit subito. Veritas pipatetica ē:alteratōis nō instātanee ē principiū magnitudis alteratōis:ꝛ tpis.mutatōis mōtanee ñ ē princi piū magnitudis: cū forma totū subiectū sīl infor/ mare icipiat:neqz tpis:cū talꝝ mutatio ñ mensureī tpe.sicut.n.ꝙatio forme ē imediata forme intro/ ducēde:ita mēsura priuatōis imediata est mensu re forme que est instans.

¶ Circa cōmētatū.24. Dico primo:cōsiderādo istam ꝓpositionē:si ens é infinitū:ē ꝛ imobile:vt é cōditionalis: istud viciū ē forme.si aūt ꝑdictaz ꝓpositionē qs ꝓsideraverit: vt est ps aſcedentis rōis Melissi:buius.s.est infinituz ꝛ imobile:ergo vnū:ē peccatū i mā. ¶ Dico secūdo:aer finitus stat vt scōm ptes moueaī nō scōm totū:ergo ñ re/ pugnat totū infinitū moueri ꝑm ptes ꝛ ñ scōm to/ tum.neqz ē pugnantia inter Ari.ꝛ Auer.q; sen/ sus Ari.ē.si hec aqua moueī:quare nō oīs aqua moueī scōm.s.vniuersitatē partiū:nō scōm totali/ tatem suā:ꝛ nō ē verū q; Ari.fecerit mentionē de ꝙqua:que mō maiorē:mō minorē aeris ꝙcauitatē occupet.ꝛ Auer.de aere:q; ꝙsimiliter semp se ha/ beat respectu concaui ignis:q; elleměta (vt reor) semper remanēt in equali ad inuicez ꝓpoꝛtiōe. ℣ Contra.4.phyſicoꝝ.43.cōtra Themistiū vult Auer.q; si celū sit mobile ꝑm partes:ꝛ scōm totū: q; totū nihil aliud ē q̄z ꝙgregatio partiū. ℣ Solu tio est:vel loquiē hic de mobili scōm aliquas ptes tantū:ibi de mobili scōm oēs ptes:vel distinctio ō motu locali puro ꝛ nō puro:ꝛ puro directo ꝛ idi/ recto soluit:vel celū ē mobile scōm ptes non scōm totū:scōm mām:ita ꝛ aer:ꝛ si corpus infinituz eēt staret q; moueret scōm ptes:ꝛ nō scōm totuz scōm mām. Veritas pipatetica ē:q; hec ꝓpositio:coꝛ/ pus ifinitū ē:claudit ꝙtradictionē ex qua sequun/ tur formaliter ꝺictoria:quare rō Ari.valida est ꝺ aduersarios:nō tñ de se.ex ista eniz ifinitū coꝝ⁹ ē:colligiē illō eē mobile pariter ꝛ imobile. ¶ Di co tertio. Cōmētatoꝛ vult alterationē iueniri poſ se absqz motu locali. ℣ Contra.8.phyſicoruz.55. motⁿ localis est primus motⁿ:ergo si aliqd moueī motu alteratōis:moueī ꝛ motu locali. ℣ Solutio est:vel distinctio de alteratione perfectiua ꝛ corꝛu ptiua soluit:vel ad imaginationē alteratio est sine motu locali:vel motū alteratōis ꝓcedit motus lo calis i alterāte alterabili appꝛoximādo. ¶ Dico quarto quāuis omnia coꝛpa subcelestia possent dici vnū in substātia: merito principiꝫ ex quo fit ge neratio cū sit materia respectu omniū sublunariū eadē numero ꝑm essentiā.primo ō generatiōe.22. 54. Tamē formis substātialibⁿ distant inter se en/ tia naturalia.ꝛ hec est cā q; respectu coꝛporū sub celestiū est vnū genus cōe vniuocū:ꝑpter.s.idēti/ tatez principꝫ materialis. Erat aūt apud veteres principiū materiale ens in actu:qō principiū fece/ runt peripatetici puraz potentiam.

Digressio

¶ Quia Auerrois asserit aerez moueri posse sz partes ꝛ non scōm totū:dubitaī nūqd possit totū cōtinuū quiescere ptibⁿ eius localr motis. In pri/

mis vř ꝙ non. ⁋ Tū qꝛ valet hec ꝯsequētia: hoc mouet̄ ẜm oēs ptes ⁊ simul: ergo p̄rio mouetur. ⁋ Tū qꝛ si alicuius quelibet ps augeť: illud totuȝ augeť. ⁊ si alicuius quelibet ps alterať: illud totū alterať: ergo si alicuius quelibet ps moueť localiter: illud totū moueť localr̄. ⁋ Tū qꝛ cōtinuū ē id cuiꝰ motꝰ ē vnus: ergo mota vna pte cōtinui: moueť totū ꝯtinuū. ⁋ Tū qꝛ non pōt aliqđ corpꝰ cōtinue in eodē situ adequate pmanere: si illiꝰ quelibet ps moueať motu recto.

¶ Ad oppositū ē Auerois declarās aerē qescē ẜm totū: ⁊ moueri ẜm partes. Vñ aere rarefacto versus dextrū ⁊ sinistrū: supficies media stat imobilis: nec aer totꝰ p̄rio rarefit: ⁊ cā est: qꝛ ipossibile ē aliquid moueri p̄rio motibꝰ ꝯtrarijs p se ⁊ ẜȝ oēm ptē. aer aūt datꝰ qui rarefit motibꝰ ꝯrijs mouetur: motus enim in dextrū ꝯrīatur motui in sinistrum: ⁊ ex ꝯrio procedit. mediū eniȝ inter dextrū ⁊ sinistrū: sinistro ē dextrū: ⁊ dx̄tro ē sinistrū. ideo vna medietas per se ⁊ primo moueť vno motu: ⁊ alia alio. Nec valet ista ꝯsequētia: moueť ẜm oēs ptes ⁊ simul: ergo primo moueť: ⁊ ita pȝ rñsio ad primā rōneȝ. ⁋ Pro expeditōe quesiti dico p̄rio: ꝯtinuū ē cuius motus ē vnus. i. ꝙ cū moueť: vno motu moueť: siue ẜȝ partē: siue ẜȝ totuȝ moueať: cōtiguū non moueť: vno motu cū moueť: ⁊ si duo ligna clauis ifixa vno motu moueanť: hoc ē quatenus ꝯtinuis proxima sunt. ⁋ Dico scđo ꝯtinuū sectiōis difficilis si quiescat: pariter ⁊ quelibȝ ps quiescet: ꝯtinui facilis sectōis ptes pñt moueri localiter: ipso ẜȝ se totū nō pmutato. ⁋ Dico tertio hec ꝓpositio: motis nobis moueñ oīa que sunt in nobis: itelligiť i motu locali puro ⁊ recto. Rarefactio eniȝ ⁊ cūdēsatio terminātur ad pūctum: lineā: supficiē: exclusiue: ⁊ nō inclusiue: iō tales termini in varijs casibus quiescūt ad quietē totiꝰ ẜm se totuȝ quiescētis: ⁊ non moueñ cū partibꝰ motus. ⁋ Neq; secūda rō cōcludit nisi recipiať motꝰ localis purus: ⁊ ita soluūtur alie rōnes: mota eim vna parte cōtinui moueť totū cōtinuuȝ difficilis diuisionis: ⁊ nō pōt aliqđ corpus eodē situ pmanere: si quelibet ps illius moueať motu locali recto puro: de his forte diximꝰ plura q̄ȝ oportebat.

¶ Textus cōmenti. 25. 26. 27.

Et hoc modo sermonū

Snīa est: syllogismꝰ Permenidis vitiosus ē forma: vñ dato ꝙ nihil sit albuȝ: formeť iste syllogismus: oē non albū est nihil: quicquid ē preter albū ē nō albū: ergo qcqđ ē pter albū ē nihil: tȝ ista sequella: sed deinde nō sequiť: ergo tm̄ vnū album ē: ⁊ nō plura: nec valet: oē non albuȝ ē nihil: ergo oē nō albū est. Iteꝝ nō valet: chymera ē nō alba: ergo est: ⁊ forte iste due ꝯdictorie sunt simul vere: vacuū ē nō albū: nullū vacuū ē nō albū. Ista eiȝ secūda ē negatiua cuiꝰ subiectū pro nullo supponit. ⁊ hoc ē qđ dicebat Ari. in postp̄ntis: siue sor. sit siue non sit: necesse ē ipȝ lāguere vel nō lāguere. ⁋ Amplius hec ꝓpositio quicqđ ē preter ens est nō ens: nō ē ꝓprie exceptiua: ex exceptiuis eiȝ nō fit syllogismꝰ: nō eiȝ valet: vt supradixi: oē qđ currit moueť: oē aīal pter homieȝ currit: ergo oē aīal preter hoieȝ moueť. Neq; valet: oē aīal irrationale ē substātia: oē aīal preter hoieȝ est irrōale: ergo: quare hec ꝓpositio: qcquid ē preter ens est nō ens: valet istā. Quicqđ nō ē ens est nō ens: ⁊ ita valet syllogismꝰ: queādmodū ⁊ iste. Oē ens nō hō est intelligibile: quicqđ ē preter hoieȝ ē nō hō: ergo: ⁊ nō sequiť: ergo oē ens pter hoieȝ ē intelligibile: hec eniȝ exceptiua ē ⁊ falsa. ⁋ Rursus declarat noie entis substātiā ⁊ accidens designari: ⁊ notāda ē ratio Ari. talis: albū ē nō ens: substātia ē alba: ergo substātia ē nō ens: ergo ens est nō ens: non vř valere: cū nō valeat: substātia ē alba: albū ē accidēs: ergo substātia est accidēs: scribit Themistius ꝙ valet rō facta ab Ari. qꝛ apud Parmenidē albū ⁊ accidēs oīno nihil sunt: cuȝ apud ipȝ nihil sit ens nisi substātia: cū itaq; albuȝ nō sit aliqđ: qꝛ nec substātia: nec accidēs: si substātia sit alba: ⁊ albū sit non ens: oportebit li nō ens p̄dicatū esse eētiale de li albū: ⁊ cū huic nomini albū p̄dicatū eētiale sit li nō ens: ⁊ substantia sit alba: erit substātia non ens: iuxta regulā antepredicamētalē: qcqđ p̄dicať de p̄dicato: predicatur ⁊ de subiecto.

¶ Circa cōmentū. 25m. Dico p̄rio: mōstrabiť cōclusionē Parmenidis eē falsam ex ꝓpōnibꝰ syllogismi eiꝰ: ⁊ h̄ nō est factū: dum Mellisso ꝯtradiceret. Vñ infra Ari. cōcludet aduersus Parmenidē: ꝙ ens ē non ens: capta hac ꝓpōne: qcqđ ē preter ens ē nō ens: qua Parmenides vtebať. At qñ ꝯdictō ē cōis Parmenidi ⁊ Mellisso: sermo Ari. fundať sup ꝓpōnes ꝓbabiles: vtputa ꝙ accidēs nō ē sine substātia: ⁊ ꝙ ꝯrīa sunt in rerū nā. ⁋ Dico secūdo: hoc nomē ens ⁊ nō ens dicuntur de decē p̄dicamentis. Vel vt aliq dicunt: hoc nomē non ens nō diciť de decē p̄dicamentis sed hoc nomē nō ens tale. Vł qꝛ hoc nomē ens ē multiplex multiplicitate significationū: ideo facit hoc nomē ens ꝓpositionē distinguibilem: ⁊ ita li ens ⁊ nō ens de decē generibꝰ verificabūť. ⁋ Dico tertio: sermo ꝯcludēs p se dȝ ꝯcludere i oī mā: hinc sumpsit originē diffinitio ꝯsequētie bone de forma q̄. ē illa cuiꝰ quelibet sibi silis i forma ē bona. Et ꝯbinatio vtilis ē q̄ tȝ merito vnionis extremoꝝ i medio vel affirmatiue: vel negatiue: ⁊ hec est cā

ē cā ꝙ Ari. primo priorū vtebať termis ignotis: vt ostēderet illas ꝯbinationes ꝯcludere in oī mā. Et ē cōbinatio iutilis: qñ repiuñ termini i qbus oī: ⁊ termini i quibꝰ nulli: vtilis: cū p̄dicti termini nō iueniūť. ⁋ Dico quarto: Auerois format istā ꝯsequētiā: si albū est: nō vnū diffinibile ē: qꝛ albuȝ dicit duo diffinibilia: cū significet ly albū albedinem ⁊ recipiens albedineȝ. ⁋ Contra. 7. methaphy. 12. ⁊. 18. ꝯcretū accidētale seu a subiecto hȝ vnā diffinitionē: aggregatū non: ergo. ⁋ Solutio ē: ꝯcretū a subiecto merito significati principalis diffiniri pōt: ⁊ cū aggregatū p accidēs eque p̄rio plura importet: illđ nullatenꝰ diffiniri poterit: qꝛ tñ cōcretū significat vnū ⁊ ꝯnotat seu dat intelligere aliud: iō tale cōcretū nō dř simpl'r hēre vnaȝ diffinitionē. Et soleo ponere dr̄iaȝ iter nomē rei nālis ⁊ accidētalis: qꝛ i nomie rei nālis ꝯueniunt significatū p̄ricipale ⁊ pfectū: qđ est forma ⁊ mā ⁊ cōposito p̄stātior. 2. de aīa. 7. significatuȝ autē nois cōcreti a subiecto p̄ricipale ē forma accidentalis: pfectū ē ipȝ subiectū: qđ veriꝰ dr̄ cōnotatuȝ q̄ȝ significatū: ⁊ ita itelligiť iste sermo ẜȝ ꝙ exponit Themistiꝰ ⁊ alij: qř lr̄a dȝ esse affirmatiua cū Themistiꝰ ⁊ ipse ita exponat.

¶ Circa cōmentū. 26m. Est aduertēdū: accidēs dr̄ de subiecto aliquo. i. est in subiecto. Esse eiȝ in subiecto ē p̄dicari denoiatiue: dici de subiecto est p̄dicari quidditatiue. Et qꝛ accidēs nō pōt quoquo mō separi a substantia: iō h̄ nomē ens nō pōt eē ipositū ad significādū accidēs: qn sit ipositum ad significādū substantiaȝ. Vñ hec ꝓpositio: tm̄ accidens est: implicat: si eniȝ nulla substantia est: nulluȝ accidens est.

¶ Circa cōmētū. 27. Est p̄rio notādū: appellať substātia ens in rei veritate: qꝛ ipsa est cā aliorꝰȝ: ꝯstat aūt ꝙ qcquid dr̄ de cā ⁊ causato digniꝰ dr̄: de cā. 2. methaphy. 4. 8. metha. 7. ⁋ Secundo sciēdū: dicere aliqđ eē non ē p̄dicatio p accidens sicut p̄dicatio albedis. i. licȝ esse existere adueniat rei pter essentiā: non tñ ita p accidēs: vt albedo: imo scotiste dicūt existētiā eē modū intrisecū q̄ nāe cōes existūt in substātia p̄ria. Vñ p̄dicamenta ⁊ veritas ꝓpositionuȝ abstrahūt ab existētia: ⁊ ita cōdēnādi sunt q arbitrātur ly ens pticipiū esse ⁊ nullatenꝰ nomē: ⁊ istā ꝓpositionē eē p̄rimi modi: hō ē existēs. Et methaphysicū tractare de existētibus ẜȝ ꝙ existūt nō infert hāc hō ē existēs eē p̄rimi modi: sȝ hec ꝓpositio cēsenda ē methaphysicalis: qꝛ ad eē existere nō seqť eē mobile. Neq; decipiaň in hoc: qꝛ ꝯpositū existit forma: ⁊ existit existentia: ergo forma est existētia: qꝛ ꝯposituȝ existit existētia formal'r: dr̄ aūt existere forma: qꝛ cōicat forma existentiā cōposito: ⁊ ita eē ē effectꝰ formalis: cuiꝰ officiū ē terminare mutatiōes cōpletiue. gnātio. n. hois termiať ad eē hoieȝ: qꝛ tñ eē quibꝰ ꝯposita sunt: tali distinctiōe distāt adinuiceȝ: qua ⁊ forme a quibꝰ sunt: potuerūt peripatetici vnuȝ indifferēter sumere pro alio. Moueor aūt h̄ fundamento ad tenēdū que dixi: qꝛ existentia est per se p̄rio cōpositi: forme aūt p accidens: ergo non pōt ꝯcedi ꝙ forma sit nisi p accidēs. Itē existētia per se p̄rio singularibꝰ. Scđo speciebꝰ ꝯcediť: ergo nō predicať in p̄rio mō: qꝛ p̄dicata p̄rimi modi veriꝰ spēbus q̄ȝ indiuiduis attribuūtur.

¶ Tex. cōmēti. 28. 29. 30. 31.

Et ēt ens nō est magni/

tudo. Snīa gnālis stat in hoc: nō poterāt Melissus ⁊ Parmenides fateri illđ ens eē corpꝰ: nec diffinibile ne multa entia ꝯcederēt: ⁊ q dixerunt accidēs nullatenꝰ eē ens: victi rōnibꝰ antiquorū: non bene senserunt.

¶ Circa cōmentū. 28. Dico p̄rio: ly corpꝰ dr̄ de substātia ⁊ quātitate: erit igitur eē substātie aliud ab esse quātitatis: ⁊ hec auctoritas est aduersus noiales existimātes substantiaȝ ⁊ quantitateȝ nō differre re ipsa. ⁋ Dico secundo: genus ⁊ differētia sunt entia in rei veritate. nam partes rei que sunt ẜȝ diffinitionē precedunt reȝ in eē. i. natura ⁊ huic snīe fauet Auer. 7. methaᶜ. 33. Diffinitio hȝ ptes significātes ptes rei: ⁊ ptibꝰ diffinitōis correspondēt ptes rei. Ex qbus auctoritatibꝰ aliq colligūt dari vniuersalia realia: ⁊ diffinitionē secluso actu intellectꝰ: veꝝ qꝛ tenēdū est genꝰ ⁊ dr̄iam nō re sȝ rōne tm̄ distingui: dico ꝙ distinctio de diffinitione data p terminos in recto: ⁊ in obliquo soluit auctoritates: vñ ptes diffinitōis ex terminis i obliquo p̄cedūt rem in esse: at ptes deffinitōis ex terminis in recto idem sunt re: ⁊ prioritas taliū partiuȝ est in intellectu: vel dico ꝙ genꝰ ⁊ dr̄ia. s. nō vltima p̄cedūt rē. i. diffinitū i esse. i. nā: qꝛ sunt priora ea prioritate a qua nō ꝯuertiť subsistēdi ꝯñā. Existimo aūt nihil absurdius esse q̄ȝ fateri diffinitionē realeȝ: cū diffinitio detur cā inotescēdi: notificatio aūt solū sit apud intellectuȝ: ⁊ hec est cā ꝙ soleo dicere: illū nō fuisse ita obstupidū q ꝓpositionē realē cōcessit: veluti q deffinitionē realeȝ eē putauit. ⁋ Dico tertio: in deffinitōe accidentis in abstracto subiectū est dr̄ia. i. hȝ scđm locū quē solet hēre dr̄ia: in diffinitōe accidētis in ꝯcreto subiectū poniť genꝰ. i. hȝ p̄rimū locū quē ꝯsueuit hēre genꝰ: hec patēt in his diffinitionibꝰ: simitas ē cauitas nasi: simus est nasus cauus. ⁊ colliguñ hec septimo methaphysice. 17. ⁊. 18.

¶ Circa cōmētuȝ 29m. Est p̄rio attendēduȝ: est vl'e p̄ceptū: ea q̄ in alicuiꝰ deffinitōe ponunť i sua

diffinitõe diffinitũ bẽre nõ posse: ⁊ est veruz boc documẽtuz in substãtijs ⁊ in accidẽtib⁹ absolutis: que tm̃ vna pendẽt dependẽtia ad subiectũ. ſ. minime in respectiuis: qz in diffinitõe vni⁹ relatiui ponitur suũ correlatiuũ: vñ in diffinitõe scire inuenit demõstratio: ⁊ in diffinitõe demonstratõis ponit scire: pẽdet eiz relatio duplici dependẽtia ad fundamentũ: vz ⁊ ad terminũ: ⁊ ita ponet relatiuuz in diffinitiõe sui correlatiui tãquã terminãs illius dependẽtiã: nõ veluti noti⁹: neqz veluti explicãs eẽntiã: ⁊ exẽplũ ponit de aggregato per accidẽs: ad manifestationẽ: cuius tm̃ docuerat nõ eẽ diffinitionẽ. 7. metha. 12. imo ne duz aggregatuz per accidens: verũ ⁊ nullus termin⁹ ꝙplexus põt esse subiectũ respectu p̃dicati. primi modi vel secundi. Et ẽ bõ albus posterior albedine: iz homo sit illa prior. ℣ Est obseruandũ secũdo: nigredo corui ⁊ niuis albedo sunt accidẽtia separabilia: cũ cauſentur ex p̃cipijs indiuidui: per accidẽs inseparabile hic intelligit ꝓpriũ: cuius accidẽtis ꝓprij oppositũ repugnat inesse subiecto: hinc ẽ ꝙ aliꝺ est intelligere hoiez sine risibilitate: aliud ẽ intelligere hoiez eẽ absqz risibilitate: primũ ẽ possibile: secũdũ ẽ absurdũ: vnde accidẽtia sepabilia subiectum determinatũ sibi nõ limitant: at inseparabilia subiectũ peculiare nũquã derelinquũt. ℣ Est tertio sciẽduz: ipossibile eiz ẽ: vt bõ sit ⁊ careat vita: exquo vr̃ colligi posse: ꝙ sorte mortuo: bec ẽ falsa sor. ẽ bõ: ⁊ infra. 63. 5. pbisicoꝝ. 7. primo capite ꝺ substãtia orbis: in trãsmutatiõe substãtiali induit duum pdit nomẽ ⁊ diffinitionẽ: qb⁹ nõ obstãtib⁹ põt saluari veritas huius ꝓpõnis sor. ẽ bõ: ipso non existente: assignata ꝺria inter subiectũ ⁊ suppositũ. fiũt eiz oẽs transmutatões circa subiectũ: nulla variatio circa suppositũ fieri põt: bec enim ꝓpositio: hoc albũ ẽ albũ non potest falsa inueniri: sed ista: lignũ ẽ albũ mutaꝺ de veritate in falsitatez: similiter mã informata aĩa humana si vocetur bõ: aĩa ablata: nõ erit bõ: at ista ꝓpositio: bic homo est homo sempiterne est veritatis: iz ꝺ bis infra. 63.

¶ Quia Auerrois docet h̃ coꝛp⁹ ſimplex nõ alterari ex ſe:iõ expoſitoꝛes ſolẽt inueſtigare a quo agente reducat aqua calefacta ad antiquã frigiditate3.⁋ Solutio eſt:volũt multi a foꝛma aque ſubſtãtiali aquã reſtitui pꝛiſtine frigiditati nullo inſtr̃o mediãte:foꝛma.n.põt (vt ipſi credũt) agere in mãm intrinſecã ⁊ ſibi peculiarẽ abſq3 inſtr̃i fauoꝛe.⁋ Alij remiſſiſſima actuali frigiditate mediante:q̃dam mediãte frigiditate virtuali:⁊ erit Auer.ita interpꝛetãdus:ellemẽta nõ hñt in ſeipſis pncipiũ actiuũ alteratõis recedẽdo a ſua nãli diſpõne:ſ3 bene accedẽdo ad ſuã nãliſſimã diſpõnem.⁋ Cõtra ſi ſic eſſ3:aqua calefacta nõ ad maioꝛem frigiditatẽ reduceret ſe hyeme q̃3 eſtate:qꝛ ſi aqua p̃t ſeipſa3 reducẽ a frigiditate vt duo ad frigiditatẽ vt ſex:coꝛrũpendo caliditatẽ vt 4^{or}:a foꝛtioꝛi poterit ſe reducere a frigiditate vt ſex ad frigiditatẽ. vt octo.⁋ Jte3 facili⁹ eſt alicui cõſeruare ſe ad illud qđ h3:q̃3 reducere ſe ad id qđ nõ h3:ſed aqua frigida actualr ⁊ virtualr nõ poteſt ꝯſeruare ſe in ſua frigiditate:g̃ a foꝛtioꝛi nõ poterit cũ eſt calida reducere ſe ad frigiditatẽ foꝛmale3 quã nõ h3:nõ.n.põt hõ ſeparat⁹ a ſua nãliſſima diſpõne reducere ſeipſu3 ad illã.⁋ Arbitrat Burleus aquã calefactã a cõtinente tm̃ infrigidari poſſe:⁊ pp aptitudinẽ quã h3 aqua ad frigiditate3:dixit ꝯtinens min⁹ frigidũ habere poteſtatem infrigidãdi aquã magis frigidã.⁋ Cõtra ſemp aq̃ reduceret ad ſũma3 frigiditatẽ:ꝯ experientiã.⁋ Jdem ẽt ſimul ⁊ ſemel calefieret ⁊ infrigidaret:qꝛ ſtat cõtinẽs hẽre minoꝛẽ ꝓpoꝛtione3 ad infrigidandũ q̃3 ad calefaciẽdu3:g̃ ſi infrigidat:ẽt calefacit.⁋ Jtem actio eſt rõne ꝯrietatis: pꝛio de generatõe.51.g̃ mediũ factũ ſimile aqueã ad pꝛiſtinã nõ reſtituet frigiditatẽ.⁋ Opinantur alij aquã infrigidari a ſeipſa p accidẽs:quatenus mouẽdo ſe ad locũ pꝛopꝛiu3 ⁊ nãle3:ꝯdẽſat: ad quã cõdenſationẽ ſequit frigiditas.⁋ Cõtra raritas ⁊ denſitas ſequũtur caliditatẽ ⁊ frigiditate3:nõ ecõuerſo:g̃.⁋ Verũ his opinionib⁹ relictis tenẽdũ eſt aquã remanentẽ in ſui ſimplicitate intrinſece calefieri nõ poſſe.2.de aĩa.115.⁊ ſi calidioꝛ iudicat:hoc ẽ pp vapoꝝ calidoꝝ admixtionem:vñ pp vapoꝛes aſcendẽtes pars ſupma aq̃ calidioꝛ appet:⁊ fundus vaſis frigidiſſimus exiſtit:⁊ ita aq̃ infrigidat:qꝛ vapoꝛes exeunt:⁊ ſumptis multis aquis bulliẽtibus ſeruata in exitu vapoꝛu3 paritate eque citto infrigidabunt.⁋ At ſi qs dicat:contra:ellemẽta ſunt adſeinuicẽ tranſmutabilia:ſunt coꝛruptibilia:ſunt cõicãtia in mã: ergo ſunt alterabilia intrinſece.⁋ Solutio cõis eſt:ellementa ſunt quidem alterabilia alteratione generationi copulata:foꝛme enim ſubſtantiales ellemẽtoꝝ intendunt ⁊ remittunt:quẽadmodum ⁊ qualitates pꝛime:quare ſtãs materia ſub foꝛma aque intenſiſſima:recipiẽs vnũ gradu3 caloꝛis:recipit ⁊ vnũ gradu3 foꝛme ignis: ⁊ ita efficitur mã illa ſub duabus foꝛmis ellementoꝝ trũcatis/

catis.⁋ Cõtra ſi hec opinio eſſet vera ſequeretur mãm ſtante3 ſub foꝛma aque intenſiſſima nõ poſſe ſuſcipẽ foꝛmã ignis intẽſiſſimã:niſi pus foꝛmã mixti ſuſcipẽt impfecti:mã.n.ſtãs ſub foꝛmis ellementoꝝ truncatis ſtat neceſſario ſub foꝛma mixti cõſtat aũt ex.2°.de generatiõe.37.ellemẽta eſſe ad ſeinuice3 imediate trãſmutabilia.⁋ Solutio vera eſt:non eque cito inducit foꝛma ignis ſicut caliditas in mã ſtante ſub foꝛma aque:inuenit.n. foꝛma aque ſƀalis intẽſiſſima cũ remiſſione frigiditatis:qñ.ſ.nõ eſt ĩtroducta certa dterminataq̃3 caliditas:appꝛoximato.n.igne aque ſũme frigide:erit veꝝ dicere nunc nõ eſt remiſſa frigiditas: ſed ĩmediate poſt hoc erit remiſſa frigiditas:nõ tñ erit introducta caliditas ĩmediate poſt hoc:datur.n.minima caliditas introducẽda p pꝛimu3 ꝙ ſic:qñ.ſ.erit depdit⁹ vnus gradus frigoꝛis:⁊ tũc erit verũ dicere:nũc nõ eſt iſte gradus frigiditatis ⁊ nũc eſt minima caliditas introducta:pꝛimũ eni3 nõ eſſe vnius gradus frigiditatis:eſt pꝛimu3 eſſe introductiõis minimi caloꝛis:⁊ ſublato vno gradu frigiditatis ⁊ introducta minima caliditate ẽ foꝛma aque remiſſa:abſq3 foꝛme ignis aduentu:illa minima caliditas intendit deinde per ptem poſt partẽ in infinitũ:⁊ tande3 deueniẽdu3 eſt ad talem caliditatẽ:ꝙ erit verũ dicere:cũ iſta caliditate nõ ſtat foꝛma aq̃:ſ3 cũ qualibet minoꝛi ſtabat:⁊ cũ p̃dicta caliditate ſtat ignis ⁊ cũ nulla minoꝛi:ſed cum qualibet maioꝛi:⁊ hoc mõ pꝛimu3 nõ eſſe foꝛme aque in mã eſt pꝛimũ eſſe foꝛe ignis:aqua g̃ calefit ⁊ alterat intrinſece:⁊ cũ calefit ꝯuertit in vapoꝛes:iõ per exitũ vapoꝛu3 reſtituit aqua pꝛiſtine frigiditati:in h̃ g̃ Auer.differebat ab Auicẽna qꝛ ipſe volebat foꝛma3 ellementi remitti:remiſſa q̃litate illius:Auicẽna aũt foꝛmas ellemẽtoꝝ faciebat integras:trũcatis remiſſiſq̃3 qualitatib⁹:hec pauca ad exercitãdũ ingenia veſtra ſufficiãt.Calculiſte ĩ hac difficultate pncipijs mathematicis ꝓcedẽtes dimittant.

¶ Circa cõmentũ 2^{m}.Eſt aduertẽdu3 ꝙ figura facit ad modos motuu3:nõ tñ ad motũ:vñ nãlia habẽt pncipiũ paſſiuũ nãlr ad foꝛma3 nãlem inclinatũ:artificialia nõ:mã nãq3 artificialiũ vel eſt in potẽtia neutra reſpectu foꝛme artificialis:ſic ꝙ neq3 in ipſa3 nãlr inclinet:neq3 ꝯnãliter appetendo oppoſitũ illius:vel foꝛma artificialis recipitur in mã ꝯnãlem eius inclinationẽ:pꝛincipiu3 itaq3 paſſiuũ in artificialib⁹ nõ h3 ad foꝛmã nãlẽ aptitudinẽ:põt.n.potẽtia paſſiua eẽ ſine aptitudine:⁊ aptitudo ſine potẽtia ſepenumero ĩuenit.

Digreſſio.

¶ Pꝛopter diſcrimẽn poſitũ inter nãlia ⁊ artificialia dubitandu3 eſt:nunq̃d res artificiales a rebus nãlibus re ſeiungant:pꝛo cuius q̃ſiti expeditõe:p̃ſuppoſito ꝙ artificiale ⁊ pꝛo denominato:⁊ pꝛo foꝛma:⁊ pꝛo aggregato ſũmi poſſit:pono quaſdã ꝓpõnes totã rẽ apientes.¶ Pꝛima ſit iſta:quelibet foꝛma artificialis eſt accidens:⁊ nõ ſubſtãtia:qꝛ põt adeſſe ⁊ abeſſe p̃ter ſubiecti coꝛruptione3:hec ꝓpoſitio eſt Auer.2.de aĩa.8. Eſt ⁊ foꝛma artificialis accidẽs abſolutũ:qꝛ q̃litas de quarta ſpẽ qualitatis:vñ merito mãe tm̃ res artificialis dr ſubſtãtia.2.de aĩa.8.¶ Scđa pꝛopꝛoſitio: figura eſt res diſtincta a figurato. ⁋ Tu3 qꝛ:albedo diſtinguit ab albo:ergo figura a figurato:nõ tñ d3 inferri:intellectionẽ re differe a re intellecta:qꝛ intellectio nõ eſt in re intellecta ſ3 in intellectu:albedo aũt eſt in re alba:⁊ figura in re figurata.⁋ Tum qꝛ figuratũ eſt ſubſtãtia:figura accidẽs.⁋ Tum qꝛ figuratũ ꝯponit:ñ figura.⁋ Tum qꝛ:hõ poſſet nutriri triangulis ⁊ quadrãgulis: colligit hec ꝓpoſſitio.2.de aĩa.8. ¶ Tertia ꝓpoſitio:foꝛma artificialis eſt realit diſtincta a qualibet foꝛma nãli.⁋ Tum qꝛ foꝛma artificialis ꝓducit tm̃ ab arte:nãlis a nã.⁋ Tu3 qꝛ foꝛma nãl eſt nã:⁊ nõ foꝛma artificialis:ꝓpoſitio hec eſt Auer.p°phy^{r}.3.⁊ ĩfra.7.⁊.11.his ꝓpoſitionib⁹ pandit erroꝛ illoꝝ q dicunt ꝙ figura nõ eſt niſi oꝛdo partiũ ad totũ:vel oꝛdo ptiu3 ad ptes loci:ſi.n.ſic eſſet:figura eſſet poſitio ⁊ ſitus: ⁊ nõ qualitas:quare figura nõ eſt ille oꝛdo:ſ3 eſt qualitas que ꝯſequit oꝛdine3 p̃dictũ:⁊ qꝛ figura eſt terminatio quãtitatis:poterit nõ ĩmerito a mathematico ꝯſiderari.¶ Quarta ꝓpoſitio noĩa artificialiu3 ſunt cõcreta ſubſtãtiua:q nõ niſi de cõpoſito ex mã ⁊ foꝛma artificiali p̃dicant:⁊ ita nõ ꝯcederet ꝙ es ſit ſtatua:niſi ĩ p̃dicatõe cauſali qꝛ ex ere eſt ſtatua:affirmãdu3 tñ eſt:es eẽ figuratum:⁊ ſtatuificatu3:concreta enim adiectiua poſſunt ſupponere ⁊ pꝛo ſubiecto ⁊ pꝛo compoſito: ſ̃m exigẽtiã termini:hinc eſt ꝙ nõ ita docte loquimur:dicẽtes mãm pꝛimã eſſe hominẽ ⁊ aĩal:ſicut qñ ea3 affirmam⁹ eẽ humanatã ⁊ animatã ⁊ infoꝛmatã aĩa humana. Et ſcđo de aĩa.8.dicebat Auer.noĩa rerũ artificialiũ ĩpoꝛtare pꝛio indiuiduũ de p̃dicamẽto ſƀe:foꝛmã artificiale3 ſecũdario.i.indiuiduũ eſt ſignificatũ pꝛimũ.i.pfectũ:foꝛma artificialis:ſecũdariũ.i.impfectũ:cũ hoc ſtat foꝛmã artificialẽ pncipali⁹ ſignificari noĩe rei artificialis.¶ Quinta pꝛopoſitio:foꝛma dom⁹ eſt noua:⁊ eſt tota in toto:⁊ ps in p̃te:ſtat tñ ptes p̃ceſſiſſe:neq3 incõuenit idẽ eẽ in multꝭ ſ̃3 diuerſas ptes vt p3 de foꝛa numeri.Relinq̃nt itaq3 noĩales dicẽtes:ꝙ res nãlis eſt res artificialis:non tñ p eandẽ foꝛma3:⁊ ꝙ nulla res nãlis eſt naturaliter ſtatua:volunt enim ꝙ res naturales non ſint tales per artem : quales per naturam : ſic enim

aetifices nihil noui facerent:⁊ ita premiari non deberēt:sed de bis satis dixim⁹:deinceps ad na/ture diffinitionē transibimus.

¶ Textus cōmenti tertij.

Et sic natura. Diffinitio nāe com/pleta est talis:nā est pncipiū ⁊ cā motus quietisq;:i eo cui pio inest per se:⁊ nō per accidēs:⁊ dr non ſm accidēs:naz ⁊ si egrotet medic⁹,restituatq; sibiipsi sanitatem: hz certe intra se primū mouendi principiū:artez vz:sed sanaf ⁊ mouetur bunc in moduz non per se:accidit enim ei qui egrotat vt sit medic⁹:proin de ⁊ hec v icissim a se disiungi:dissotiarq; pñt.

¶ Circa cōmentuz 3ᵐ. Est primo obseruanduz: per naturaz entia nālia corrūpuntur:est.n.corru/ptio mutatio naturalis:⁊ merito materie:⁊ agē/tis:⁊ forme inducēde. ℣ Amplius diffinitio na/ture est manifesta hic:qz manifestū est aliquod eē pncipiū ⁊ causaz motus ⁊ quietis naturalis:⁊ nām esse est per se manifestū,qz naturalia esse:est per se notuz:⁊ illa moueri ⁊ quiescere. ℣ Ampli⁹ nō est declarandū a primo phō nām esse:nisi ob/uiandū esset negantib⁹ nām esse:quēadmodū offi/cium est metbaphysici ꝺicer falsis opinionib⁹ inductis de primis pncipijs. ℣ Rursus Auicē/na ostendebat diffinitionē nature nō esse notam in naturali phya tali fundamēto:declarat oē mo/tum habere motorez:ergo nō est per se manifestū aliqd habere sui motus principiuz:de ellemētis enim est dubiuz an babeant motorez:ergo an ha/beant in se pncipium motus. ℣ Item tertio celi cōuincit ellemēta habere in se grauitatez ⁊ leuita/tem:ergo ⁊ pncipiuz motus ⁊ quietis. ℣ Am/plius ⁊ corpora simplitia ⁊ mixta babent in seip/sis pncipiuz sui motus localis actiuū:nō dubi/tamus.n.ellemēta moueri ex se:ñ ex motore extri/seco:vtrū autez motor sit in eis alius a moto per/scrutat⁹ est in octauo. ℣ Unde qz ellementa nō di/uiduntur in partez per se mouentē ⁊ partez p se motaz:cū careant intrinseca resistētia:idigeātq; per se ⁊ necessario medio:sepenumero elementa nō moueri ex se a peripateticis affirmaf:quia tñ ellementū per formaz suam mouet mediuz per se primo:⁊ seipsuz p accidens:interduz ea moueri ex se cōprobam⁹:⁊ bec est cā q; soleo dicere:elle/menta moueri a seipsis p accidens. Et cuz plato existimaret idem posse seipsuz mouere p se primo fuit necessarium vt Aristote.7.phȳsicorū demō/straret nihil posse seipsum mouere per se primo. ℣ Iteruz est notanduz:forma ellemēti ⁊ mixti ina/nimati est pncipiuz pncipale motus passiuuz inclinatiuū:nō passiuuz receptiuū:qz illud est mā forma substantialis aque nō est pncipiuz fluxus ⁊ refluxus maris:neq; forma ignis motus circu/laris eius:tales.n.motus neq; naturales dicunf: neq; violenti:sed preter naturaz:pncipiuz ⁊ cā se babent sicut superius ⁊ inferius ſm Albertū: Moderni tenent ly ⁊ disiunctiue:dico autez ego ideo dictū esse pncipiū ⁊ causaz:vt valeat infra ostendere materiaz ⁊ formā esse naturas:vel sic dixit:vt numer⁹ determinabiliū ⁊ determinatio/nuz sit equalis:⁊ notanf dicit in trāslatiōe grecca alicuius:qz nā nō est pncipiuz omniuz ℣ Prete/rea circa secūdaz particulaz:mouendi ⁊ quiescē/di:moderni volunt ly ⁊ teneri disiunctiue:pp celū ⁊ terraz:qz natura terre nō est pncipiū motus: ⁊ natura celi nō est pncipiū quietis:opinatur ⁊ Albertus diffinitionē nature intelligētijs nō cō/sentire. Ego aūt dico celuz esse aptū quiescere:⁊ posse quiescere:corruptio.n.nō est possibil in celo sicut quies,12.metba.41.vel dicenduz est:celum moueri ſm formaz:quiescere aūt ſm materiaz,8. phȳsicoruz.76.⁊ ita intelligētia erit natura celi: ⁊ motus factus ab ea naturalis. Et cuz intelligē/tia sit nā:ala:⁊ volūtas:mot⁹ ab ea originat⁹ ⁊ na/turalis:⁊ animalis ⁊ volūtarius sepenumero ap/pellatur. Idem ét non pōt esse causa oppositorū eque primo:vel quies in termino ad quez nō op/ponitur motui. ℣ Amplius adiungit Auerrois sylogismo hypotetico diffinitionē nature proba/ri posse:imo ⁊ subiectū eē sylogismo ꝓtinuatiuo a posteriori frequēter declarat:inductōe quoq; ⁊ diuisione sepe ostendunt per se manifesta:sylogis/mus.n.hypoteticus:diuisio ⁊ iductio nō sunt mo/di procedendi ad probandum multum efficaces. ℣ Ulterius aduertendū:q; ly primū ⁊ per se:ſm cōmentatorē se habent sicut superius ⁊ inferius: aliqui volūt q; ly primū sit determinatio de ly pn/cipiuz:⁊ excludunf forme accidentales:que prin/cipia per se:nō tñ principalia possunt esse respe/ctu motuū suorum subiectoruz:ly per se determi/nat illud in quo est:⁊ excludunt forme artificia/les:vnde natura ligni est primū pncipiū motus deorsum lectuli:qz tñ non est per se in illo:nō non est natura eius:ly non ſm accidēs determinat to/tum precedēs:⁊ excludiſ ars medicine:q; est pn/cipium principale sanitatis inducte ab arte:⁊ qz ars medicine est cā per accidens sanatiōis eius in quo est per se:cuz accidat arti medicine vt sa/netur illud in quo est per se:ideo diffinitio natu/re nō cōceditur arti medicine. ℣ Et addit Auer. distinctiōes de artibus:quarū quedam agunt in subiecto in quo est:vt medicina theorica,i.medi/cina nō cyrurgia:quedaz nō:nec per se:nec p ac/cidens:vt medicina practica,i.cyrurgia: nullus enim phlebotbomat in corpore suo:⁊ cū cōmen/tator

tator dicit:non oīs bomo est aptus vt sit medi/cus:veruz est aptitudine sequēte formaz existen/tem in corpore sic ⁊ sic disposito. Reperiſ ⁊ ars a qua ꝓuenit actio ⁊ actuz:alia ex qua oriē actio tm:vñ ars saltandi est pncipiū modificādi mo/tus:nō pncipiū motus absolute. ℣ Rursus per/scrutaf:Auer.in de sba orbis an sint pncipia in rebus nālibus nō substētata p nām,i.nō educta ō potētia māe:verum in scia nāli non cōsideraf nisi in vnoquoq; generū istorum pncipioꝝ:māe.s.⁊ forme:dico forme terminātis extrinsece aut extrin/sece mutationē:volo.n. intellectū humanū qddi/tatiue a phō nāli cōsiderari:cuius tñ offm est ter/minare gnātionē humanā extrinsece tm. ℣ Am/plius diffinitio nature est analoga:est.n.iste ter/minus nā termin⁹ institut⁹ ad significanduz oēs oīum corporū celestiū ⁊ subcelestiū naturas:con/stat aūt corporib⁹ eternis ⁊ nō eternis nulluz no/men eē cōe vniuocū:qz mā celi alterius est rōnis a mā istorum inferiorꝝ:⁊ ita mā celi ⁊ intelligētia nature celi sepenumero appellanf:⁊ dr diffinitio analogi oībus ꝓuenire analogatis. ℣ Postremo ꝓcludit Auer.naturā esse subiectū buius libri ⁊ pncipia nālia:sunt q; asserūt nām esse subiectū se/cundi libri tm:quē pmanib⁹ exponēduz babem⁹: ego vero p nāz intelligo naturatū stabilitū supra subiectū totius nālis phȳe:⁊ cū in libro phȳsico/ruz nō diffiniaf corpus:nō poterit esse subiectum prime ptis phȳe:tenef.n.vnusquisq; artifex de/scribere subiectuz quod speculatur:primo celi.2. bec de cōmento tertio.

Digressio de varijs prī/cipiandi modis.

¶ Inuenio quattuor pncipiādi modos:nāliter. s.⁊ necessario:⁊ libere:⁊ ꝓtingēter. Modus pri/cipiādi nāliter ⁊ necessario eidem agenti cōsenti/re pñt:mouet.n.intelligētia apud pipateticos ce/lum nāliter:⁊ necessario:cū nō possit nō mouere: 2.celi.18.21. ℣ Potest ⁊ idem agens naturaliʳ ⁊ ꝓtingēter agere:vt ignis q naturaliʳ vrens:a sua tñ actione remoueri pōt. ℣ Modus agēdi nāliʳ ⁊ libere pugnāt seinuicē:siliʳ ⁊ modi principandi necessario ⁊ cōtingēter:at necessariū inueniē cuz naturali ⁊ libero:liberū cuz necessario ⁊ cōtingē/ti:ꝓtingēs cū naturali ⁊ libero:vñ nō solū Theo/logi affirmāt deum posse agere ad intra necessa/rio ⁊ libere:imo ⁊ multi phȳ opinanf deuz move/re celuz necessario ⁊ libere:cū moueat sine spe re/muneratōis. Arbitror aūt ego deū necessario ⁊ natu/raliʳ agere:nequaq; libere:cuz libertas nascaf ex discursu quo intelligētie nō indigent si quis tñ vellet extendere nomen libertatis:possz ꝓcedere itelligētias mouere libere corpora celestia. ℣ Cō/tingētia ét apud Auerroim oriūtur ex mā prima: sed theologice loquēdo:pria radix cōtingētie est volūtas diuina. ℣ Uerū ordinādo hos pncipiā di modos:vt in pncipio sunt ordinati:dico vlte/rius q; eidez pncipio ꝑductiuo respectu diuerso/rum terminoꝝ pñt cōcedi modi agēdi pugnātes: minime respectu eiusdē termini:

¶ Contra:qñ aliqō superi⁹ limitaf p duas dif/ferētias oppositas:nihil qō cadit sub vno mem/bro diuisionis:inuenīf sub altero:sed pncipiū ꝑ/ductiuū diuidiſ p moduz agendi libere ⁊ nāliter: qñ oē agens vel est agens liberuz,vel est agens nāle:ergo nihil qō est per se cōprehēsuz sub agē/te naturali pōt cōprehēdi sub agente libero:nec eō. ℣ Solutio est:agere naturaliʳ ⁊ libere nō bñt ptātem diuidēdi pncipiū ꝑductiuū:sed modū agendi:cōstat aūt eidez mō agendi nullaten⁹ cō/cedi posse:agere naturaliʳ ⁊ libere.

¶ Tex.cōmen.4.5.6.

Quod autē hz naturaz.

Sententia talis est:habēs nām est id qō hz in se pncipiū motus ⁊ quietis:⁊ est ꝓpositus ex mā ⁊ forma:⁊ natura q; est subiectū est sba:⁊ natura q; est in subiecto:nō quēadmodū accidētia:ſm nāz sunt:⁊ que bñt nām intra se:⁊ opationes rerum nālium:maioris.n.ambit⁹ est iste termin⁹ ſm na/turā:qz iste terminus habēs nām. Et addit The/mistius multa inueniri nā:non tū ſm nām:qualia sunt vitia ex ipa genitura ꝓcta:⁊ cum qō si est ꝑ/cedat qd rei:prius fuisset inuestigādū nām eē:si nō fuisset pdiculū tentare demōstrare nām eē:cū naturā esse sit p se manifestum.

¶ Circa cōmen.4ᵐ. Est prio aduertēduz:mām celi ⁊ horū inferiorꝝ per formas substētari:nō tñ oēs foze substētanf p mām:qz forma celi ñ substē/tatur.i.nō causaf p celuz:prio phȳ⁹.63.primo ca/pitulo ō substātia orbis. ℣ Amplius sunt iste ꝑ/positiones methaphysicales: forma est sba. Est actus:mā ē potētia: est sba:qz predicata sunt me/thaphysicalia:illius.n.artificis officiū est cōside/rare ꝓpositionē:cuius officiū est cōsiderare pdi/catum ꝓpositōis:at iste ꝓpositiones sunt natu/rales:forma est actus terminās generationē:ma/teria est potentia subiecta generationi. ℣ Iteruz vult Auerrois formā esse prestantiorē ⁊ materia ⁊ composito. ℣ Tum qz per illam cōpositū est in actu. ℣ Tum qz forma est pncipiū essendi vni/uiqz.2.de anima.7. ℣ Tum qz causa si nō est ma/terialis perfectior est causato:causalitas.n.cau/se materialis cōsistit tm in recipiēdo ⁊ in essendo

ens potētiale:erit ergo forma pfectio cōpositi: non qz sit simplicio:non qz sit cā & principiū:sed qz compositū quātuz ad esse & conseruari dependet a forma que est tota rei essentia:forma.n.ſba/lis est principale & pfectuz & summū significatuz nomine reruz nālium. Quare forma est virtualr tota perfectio cōpositi:& pars: dūmodo sit tota pfectio totius perfectio est toto:cōtinet & forma materiaz perfectionalr:opatões ét sunt toti⁹ tan q̄z totalis subiecti:forme tanq̄z principalis:hec doctrina est Auerrois.2.de anima.7.

¶ Circa cōmentū 5ᵐ. Aduertendū q celuz pro aggregato ex intelligētia & orbe est habēs naturam:intelligētia aūt est natura:que est forma:orbis vero subiectus intelligētie est nā que est mā: nono.n.methaphyſice.17.dicit cōmentator:q nihil ꝓhibet vt orbis sit materia:sed impossibile ē vt dicatur forma:q̄ auctoritate pandit error modernoz existimantiuz orbem esse formaz & actuz corporeū:addo tandez q apud Auerroim:vnaqueq forma hz causalitatē supra mām:& q causalitas forme est causalitas intrinseca:non q̄ sit pars cuiuslibet cuius est causa:sed quia est pars eius cuius primo est cā. Est enim forma causa formalis primo & p se cōpositi:secundario materie cui dat esse formaliter.

¶ Circa cōmentū 6ᵐ. In primis dicit cōmentator:descriptio nature est descriptio rei manifeste per se nō cōcesse in hac scientia:sicut quidaz existimauerūt.i.in hac scientia non dz probari naturam esse: neq̄z dz accipi nām esse ab alio artifice probatam:credidit aūt Auicēna methaphyſicuz habere potestatē probandi nām esse. ℣ Amplius dixit plura:si dubitaf de corporib⁹ celestibus. De igne circulariter moto in concauo. De aere moto in impulsione ventoz: De mari moto fluxu & refluxu versus quattuor pūcta celi:an moueanf ab intrinseco vel extrinseco: non tñ de animalib⁹ & animatis mixtis dubitaf:intendit q̄ Auer. hanc rōnez:aliqua nālia habent in se principia quibus ex se mouenf & quiescūt:ergo natura est:antecedēs est notū:ergo & ꝓns. ℣ Rursus vult Auer. cecum a natiuitate habere cōceptum significanté ad placitū de coloribus:cū nō percipiat nisi verba:cecus aūt corde nihil oīno pcipere pōt:vbi exoculatus alia sensibilia cōpreben/dit:satis est itaq̄z Aristoteli:aliqua nālia & si non oīa habere in se pncipia gbus ex se mouenf & gescunt:esse p se manifestū:qz oīno sequif naturam esse:esse per se manifestum.

Digressio.

¶ Dubitatur:naturā esse cognoscif per motuz 3.phyˢ primo:ergo naturā esse nō est per se manifestum ℣ Solutio est:licet naturā esse cognoscaf p motuz:qz tñ motuz esse est per se imediate notū sensui:ideo dz naturā esse:esse per se notum:qz est notum merito motus p se:ꝓto noti:que moderni scribunt facilia & leuia sunt.

¶ Tex.cōmēti.7.8.9.10.

Et quidam existimaue/

runt. Sentētia textus cōmēti.7.8.9.& 10. consistit vt declaref hec propositio:mā est natura:que est denominatiua & accidentalis:ratio.n.formalis naturādi ipsius materie est substare mutationibus per modū principij passiui subiectiui & receptiui:& ñ obstāte q natura de mā & forma analogice predicef:& per prius de forma q̄z de mā: tñ hec propositio:mā est natura:est vera absolute:neq̄z verū est q terminus ambiguus seu analogus positus per se stet soluz pro famosioz:fundamentuz aūt quo probaf materiaz esse naturaz est:qz materia oibus varietatib⁹ & nouationib⁹ substernif:& hec ratio vt Themistius refert:fecit vt veteres existimarent materiā veri⁹ esse nāz forma:& vt Auer. docet:apud veteres forma rei nō erat nā:qz nō permanebat.

¶ Circa cōmentū 7ᵐ. Aduertenda est ꝯdictio in dictis Auer. primo.n.methaphyſice.6. indiui dua sunt scibilia ꝑm formā:non ꝑm mām:qz forma eoz̄ est pmanēs:materia vero bz esse fluxibile:& prio ō generatione.35.38. augmētatio est ꝑm formaz:qz pmanet:non ꝑm mām:qz fluit atq̄z refluit:pñti cōmento dz materiā seruari:formā vero definere esse. ℣ Solutio est:in augmētatione permanet eadez forma:in corruptione permanet materiā:euanescit forma:& qz materia pura potentia in genere sensibiliū non dz permanēs & incorruptibilis ratione pfectionis sue nature:ſz qz ipsa est primū subiectū oīum:& ideo nō posset reperiri subiectū aliq̄d:qō corruptōi eius ꝺseruiret forma vero ſz incipiat & definat eē:qz tñ ipsa est actus & perfectio materie:ideo ipsa est p̄stantior & mā & composito. ℣ Amplius dicunt indiuidua scibilia ꝑm formaz:non ꝑm materiā:qz a forma & nō a mā sumunt p̄dicata essentialia.

¶ Circa cōmen.8ᵐ. Subiectū vltimuz cōe oīb⁹ rebus naturalib⁹ est illud de quo dicim⁹ ipsuz eē nō formatū per se:& est mā prima capax formaz ellementoz & mixtoz̄ oīum subiectū nō formatū in respectu vniuscuiusq̄z speciei:& sunt materie p prie vnicuiq̄z speciei:& sunt materie secunde que sunt modo medio inter potentiam & actum:forme.n.alterius & alterius rationis exposcūt subiecta alterius & alterius rationis.

¶ Circa

¶ Circa cōmentū 9ᵐ. Obseruandū q antiqui ponētes principiū materiale:vel principia materialia in actu:fecerunt oēs formas accidentia:vt patet per dām inter formas substātiales & accidentales positaz.2.de anima.4.imo Alexāder credidit qualitates ellementoz esse formas substantiales eoz̄:qui improbaf.5.phyſiᶜ.10. Omnia ét ellementa p se sola habuerūt aliquem phm iudicē preter terrā: Homerius & Hesiodus numeraf inter poetas & legistas p°metha.p°:& 14.

¶ Circa cōmentū 10ᵐ: Auerrois dat distinctiones de mā prima & generali:secūda & speciali:q̄ dz non natura:sed habens nām:subiectuz autem cōe tm̄ valet quātum materia prima: subiectum propriuz est materia specialis:vñ exactissime loquendo nihil dicif natura nisi materia prima:& materia celi & forma substātialis queuis:rudiuscule materiā secundaz q̄nq̄z dicimus naturā:vt Aristoteles facit in textu cōmenti.8. ℣ Amplius dictum Auer. in calce cōmenti:forma cōprehenditur per intellectū sepe a me est declaratū:nihil enim in intellectu recipif nisi forma:a qua quidē sumitur diffinitio per quā ignotuz panditur:& ꝺ est q̄ soleo dicere:oia predicata quidditatiua capi a forma vltiata & dante esse: est.n.forma tota rei essentia.7.metha.21.

Digressio.

¶ Quia omne ens est aut substātia aut accidēs 7.cum mā sit primum subiectū:non potuit fuisse accidens:qz accidens in subiecto opus est vt inueniatur:fuit etiaz substantia:qz cōposita ex substantijs cōponunf:& si substantia a substando dicatur:ipsa verissime est substātia:substat enim materia oibus formis substātialibus & accidentalibus. ℣ Verum qz materia est pura potentia:cui priuatio semper copulatur:nō est materia substātia perfecta. Est & materia natura:cuz sit principium intrinsecuz passiuū motus & quietis eius in quo est per se primo & non ꝑm accidens:imo non potest esse motus aliquis naturalis nisi ope materie qua naturatum subicitur motui.

¶ Contra posita bestia pfecrata in spheram aeris:relicta sue nature: naturalr tendet deorsum: cuius tamen defensus materia nō est principium passiuum intrinsecū. ℣ Solutio est:aliqui volūt: grauitatem absq̄z fauore materie & forme substātialis sufficere ad descensum naturalem:& ꝑm ipsos si esset vnuz cōposituz ex materia & grauitate tantuz:illud deorsum naturaliter moueretur. Hec rēspōsio nō satisfacit:quia grauitas aut est forma substantialis gravis: aut qualitas necessario inse quens formaz substantialez. ℣ Quare dicenduz est accidentia non posse inueniri naturaliter loquendo sine subiecto:supernaturaliter autez si accidentia sint absq̄z substantia:separās accidentia a substātia eas facit opationes:quas substātia fecisset:sublato miraculo.

¶ Tex.cōmen.11.12.13.14.

Quemadmodum arti/

ficiale. Sententia textus cōmēti.11.12.13.14. stat in hoc: vt declareſ hec propositio:forma est natura:que denominatiua est:& accidentalis:ratio autez formalis naturandi ipsius forme cōsistit in dare esse:& perficere suuz perfectibile. Est & ipsa forma principiū passiuū inclinatiuū ipsius motᵒ: & sepe actiuuz:principiat enim motuz celi intelligentia effectiue:fundamentū aūt quo cōuincitur formaz esse naturā:est:artificialia sunt artificialia forma dūtaxat & figura:ergo & naturalia sunt naturalia forma:quelibet ét res naturalis est id qō est ex forma:nō ex materia:cuius forme ꝓsentia res naturales sunt ex natura:forma item naturalis generationē cōstituit:a qua forma appellatur generatio naturalis:& cū forma constituaf compositū in actu:materia:in potentia veri⁹ erit forma natura q̄z materia.

¶ Circa cōmentū 11ᵐ. Aduertenduz q nomen rei naturalis principalius & perfectius dessignat formaz naturalē:nomen autez rei artificialis importat materiā tanq̄z pfectuz significatū formaz tanq̄z principale:quare significatū pfectuz & principale in nomine rei naturalis consetiūt:& nō in nomine rei artificialis:& hec est causa q Auer. sepe dicit nomen rei artificialis significare prio materiaz:quādoq̄z asserit ipsuz significare primo formaz:est enim materia in artificialibus significatuz primū.i.perfectū:forma:significatū primū i.principale. Et est ars.i.forma artificialis in mēte artificis causa efficiens & regulās artificem:vt est sanitas in mēte medici. Differētia namq̄z est inter formas naturales & artificiales:hic causalitas cōceditur vt habent esse intentionale:nō vt in re:illis vt in re:non vt in intentiōe sunt:actōes demandanf. ℣ Amplius dicit cōmentator:p formaz carnis aut ossis respondef ad quid.i.a forma sumūtur omnia predicata per que expeditissime satisfacimus ad interrogationem factam per quid.

¶ Circa cōmentū.12. Obseruandum q apud Auerroim cū materia sit pura potentia:sibi repugnat esse sine forma:neq̄z distinctio scotistaruz de actu entitatiuo & formali satisfacit Auer. volenti illud cōsequens esse impossibile:quod tamē ipsi faciunt possibile:imo Thomiste tenent deuz

habere potestatez conseruandi accidēs sine subiecto:nequaquā materiaz sine forma:iccirco affirmant ipsam fuisse concreatazꝫ ꝛ cōproductā:ꝛ hoc totuz prouenit ex omnimoda pura ꝛ sincera potentialitate ipsius materie:que dum pdit vnā formaz:acquirit aliaz:primū.n.instans forme inducende est primuz non esse forme corrūpende:ꝛ hec est causa ꝙ Aristoteles dicebat primo de generatione.17.generationē huius: alterius eē corruptionem.

Digressio.

¶ Materia ſm rationem a forma seiungitur: minime ſm esse:qz eadem penitus existentia quatotū existit per se primo:materia ꝛ forma existūt p accidens:ꝛ hac de causa mā ꝛ forma non sunt duo in ꝓposito:ꝛ cū mā ꝛ ꝓpositū sint pp formā: inferunt duo. Primū est:mā nō pōt existere sine forma. Scōm est forma:qz est pfectio materie:ē ipsa pstantio:ꝛ hꝫ forma quewis substātialis mā sua fit essentialr pfectio.stat tñ materiā tantā ꝛ adhuc maiorē habere pfectionē ꝙ forma ipsa:ꝛ ratio est:forma substātialis mām pficiens:ei totam quā hz perfectionē abunde cōicat:qua de cā solemus affirmare mām stantē sub anima humana perfectiorē esse ceteris sub aliis formis quiescentibus.vnde mā stans sub forma perfectiōis vt.8.est ꝛ ipsa pfectiōis vt.8.ergo dato ꝙ mā sit ex se alicuius pfectionis exempli cā vt duo:bēbit materia maiorē pfectionē ꝙ sit pfectio sibi ex parte forme cōicata. Verū qz pfectio essentialis forme cōicata materie est pfectio accidētalis illius materie:nunꝙ mā est tante pfectionis:quāte est forma.per istā enim ꝓpositionē. Materia hz tantā perfectionē vel tantā:explicat perfectio accidentalis:sed per hanc. Materia est tante pfectiōis: intelligimus perfectōez essentialē: ꝛ hec est cā ꝙ soleo ꝓcedere hanc copulatiuā hec mā maiorem habet perfectionē ꝙ forma:ꝛ ipsa non est tante perfectionis:ꝙte existit forma. Hꝫ si formā compositō cōparauerimus:asserendū est formā ꝛ cōpositū eiusdē esse pfectionis essentialr:ꝛ ratio ē: qz cōpositū est in tali determiata specie p formā: forma itaꝙ cōicat cōposito suā pfectionez essentialem:nō materie. Et dato ꝙ mā esset pfectiōis essentialis vt.2.eam cōposito nō cōicat:forma.n. ꝛ cōposituz vna inceptione ꝛ vna desitione incipiunt ꝛ desinūt:seruata materia:qz tamē forma id est a quo cōposituz pendet quantū ad suū esse ꝛ cōseruari ꝛ operari:ideo forma maiorē hz perfectionem ꝙ cōposituz:ꝛ hac doctrina saluo mām ex se alicuius esse pfectiōis:ꝛ cōpositū includere materiā ꝛ formā:formaz item ꝛ compositū equalis esse perfectionis:ꝛ formaz habere maiorē pfectionez ipso cōposito. ¶ Ulterius declaro materiam primā alicui⁹ esse pfectionis essentialiter: qz perfectio essentialis cuiuscūꝙ attendit penes recessum a nō gradu pfectionis:hꝫ de materia nō est verū dicere:ꝙ ipsa sit nō gradus perfectiōis essentialis:ergo ipsa erit alicuius pfectiōis essentialis. ¶ Preterea imaginor latitudinē perfectiōalem ad modum linee recte protracte a puncto.a. vsꝙ ad primaz intelligentiā:ꝛ erit.a. nō gradus perfectionis:ꝛ cum perfectioni essentiali vni⁹ rei nālis nulla additio:nulla ablatio fieri possit:perfectio essentialis cuiuscūꝙ rei assignanda erit in latitudine vt pūctus:nō vt linea. Et inter quecūꝙ entia alterius ꝛ alterius rōis erit certa:determinataꝙ ſm pfectionē essentialē,pportio:quare nō soleo ꝓcedere:hominē in infinitū perfectiorē esse leone:sed inter tales spēs certa reperitur proportio:quare ꝛc̄.

¶ Circa cōmentuz.13ᵐ. Aduertendū ꝙ forma substantialis generat p modū principij:cuius officiuz est terminare generationē:forma artificialis cum sit accidens rebus nālibus nō habentib⁹ inclinationē ad eam:cum nō educaꝫ de potentia materie:(est.n.ab extrinseco) nō generat sibi sile: forme accidētales nāles educunt de potētia materie:que habz inclinationē ad illas suscipiēdas nālem:iccirco ꝛ ratione subiecti:ꝛ ratione forme substātialis quā ꝓsequunt:possunt aliquo modo vocari nature:īmo tenuerūt multi caliditatē virtute ꝓpria posse substantiā generare. Quare vt dixi supra:forma artificialis ē principiū effectiuū ſm esse intētionale: ꝛ nō ſm esse reale:forma nālis ſm esse reale est efficiens:nequaquā ſm esse intentiōale. ¶ Et obseruāda est differētia inter formas nāles causatas a subiecto ꝛ ñ causatas:iste in esse intentionali:mediate tñ possunt illā principiare operationē:quā exequunt in esse reali:immediate:ille in esse intentionali nec mediate:nec remote valent in opationes quas ſm esse reale immediate producebant.

¶ Circa cōmentuz.14ᵐ. Aduertendū:forma p se primo dicit nā:materia per se secūdo.generatio qz est via.diffinitio aūt nature supra assignata conueniebat nature per se primo:ꝛ per se non primo:nō vie in naturā. ¶ Amplius mutatio oīs nālis denominaꝫ a termino ad quez tēdit:motus enim ꝛ terminus motus nō differūt nisi ſm magis ꝛ minus pfectuz. Mutatio aūt artificialis denominaꝫ a principio effectiuo:vt medicatio a medico vel medicatiua arte.sanatio vt est mutatio naturalis denominaꝫ a termino ad quē:vt est mutatio artificialis pōt a principio effectiuo ꝛ termio ad quez denominari:velut ꝛ domificatio ab vtro ꝙ solet denominari.

Digressio

Digressio.

¶ Pro cōplemento huius ptis attēdendū est: ꝙ forma est magis natura ꝙ materia:non ꝙ nā suscipiat magis ꝛ minus:sed qz actus principiādi ꝛ naturādi magis ꝓuenit forme ꝙ materie:ꝓfectissimū enim est causare in genere cause formalis:vilissimū in genere cāe materialis. ¶ Rursus cuꝫ esse principiū principale motus actiuū nō cōcedatur nisi forme substantiali:ꝛ caliditas si esset separata a subiecto esset agēs principale:dico ꝙ ipsa esset intelligentia:ꝛ ratio est: formis sepatis a materia nihil aduersat:nec positiue nec priuatiue:formis causatis a subiecto multa ꝛ positiue ꝛ priuatiue opponunt:vnde si nō esset in formis ꝓtrarietas:occultaꝙ inimicitia:forme que eēnt: essent intelligētie. ¶ Et est attentione dignissimū: ꝙ nulla forma substātialis causata a subiecto pt exire in operatōes:nisi mediantib⁹ idoneis oportunisꝙ instrīs. At intelligētie nullius ope egent: sed actiones imediate ab ipsis ꝓgrediunt:potētia nāq; intellectiua ꝛ desideratiua idem sunt re cū intelligentijs:que nullis possunt subici accidētibus.12.methaphy.25.

¶ Ter. cōmen.15.

Natura igitur Sentētia est. Priuatō quodāmodo est natura appellata:ꝛ forma:quatenus mā pus est forma certa priuata ꝙ informata:ꝛ cū forma priuationi opposita vera sit futura māe pfectio: erit ꝛ priuatio quodāmodo materie pfectio.

¶ Circa cōmen.15ᵐ. Est obseruandū ꝙ Auer. dicit formā pdicari de formis pfectis cū quibus non cōiungitur priuatio:ꝛ de diminutis quibus priuatio copulaꝫ:vt ō nigredie ꝛ albedine. Opinātur multi ꝙ species pfectior habitus sit respectu speciei impfectionis. Existimāduz tñ ē ꝙ sicut subiectū stans sub nigredie priuatū est albedine: ita ꝛ subiectū albedini priuatur nigredine:vnaz nāq; formā semp concomitaꝫ priuatio forme illi ꝓtrarie:i motu itaꝙ quo acquirit albedo ꝛ perit nigredo:cuz nigredo tendat ad nō esse:ei dicitur esse cōiuncta priuatio:non albedini:cuius oppositum esset:si albedo deperderet:ꝛ acquireretur nigredo.ꝛ hoc est manifestū in qualitatibus que successiue aquirunt ꝛ deperdunt:dubiuz autē in formis substantialib⁹:tñ Auerrois tacite soluit: cōcludens ꝙ in generatiōe substātiali nō reperit forma impfecta:nisi merito qualitatū primarū:a quibus materia prima nunꝙ denudaꝫ.2.de generatōe.6. ¶ Unde si species impfectior esset priuatio respectu pfectionis nō fecisset Auer.dubiū de formis substantialib⁹:qō dixit esse manifestuz in qualitatibus. ¶ Amplius dicit cōmentator:ꝛ forte intēdit:ꝙ forma dicit duob⁹ modis: de habitu ꝛ priuatione existente in prima mā.ista enim priuatio quodāmodo nō ē priuatio simplex:īmo est sicut forma materie,i,nulla ē priuatio que nō cōcomittet formaz aliquā substātialē:q̄ fit:vt nō dicatur simplex priuatio:ꝛ ē sicut forma materie: per accidens tñ:inquantū priuatio sequit id qō est vera materie perfectio. Patefacte sunt itaꝙ iste ꝓpositiones. Mā est nā. Forma est natura: ꝛ verius natura ꝙ mā. Generatio est nā:qz via i nām. Priuatio est quodāmodo natura.

¶ Ter.cōmen.16.17.

Et cuz determinauim⁹.

Snia est. Naturalis non differt a mathematico quantū ad res ꝓsideratas:vterꝙ.n.speculaꝫ pūcta:lineas:supficies:solida:atꝙ huiusmodi multa. Astrologus item ꝛ naturalis de figura ꝛ magnitudine celi loquuntur.

¶ Circa cōmentuz.16ᵐ. Aduertendum primo ꝙ assignare differentiā inter cōsiderationē nālis ꝛ mathematici:est principiuz naturale:qz ex tali differentia manifestaꝫ modus quo nālis ꝓcedit: qui quidez modus est principiū separādi istā facultatez ab aliis.6.metha.2. ꝛ paulopost subiūgit Auer.ꝙ i logica declaraꝫ differētia in vli inter artifices:in hac parte in speciali. ꝛ opinatur Lyncolensis ꝙ ista pscrutatio ptineat ad logicaz istis disciplinis applicitā:que logica est quasi mediū inter logicā docentē ꝛ ceteras facultates ꝛ est logica vtens aut instrumēto aut maxima in logica declarata:que ſm ꝙ diuersis satisfacit disciplinis:diuersa sortitur noīa:vt diffuse dixi primo phyſicoꝝ.35. ¶ Est secūdo notādū: Auer. 2.celi.57.asserit naturalem ꝓsiderare de ordine: quātitate ꝛ motu:ꝛ situ stellarū quantū ad causas:astronomū ꝙtum ad esse.

¶ Circa cōmentū.17ᵐ. Est obseruādū ꝙ famositas ꝓgregaꝫ hic duobus modis quoꝝ vnus est in ipsa re.i.actu exercito:ꝛ secūdus est in ꝓpositione ꝓtinēte ipsam rem.i.actu signato. ꝓpositio aūt que asserit artificē ꝓsideranté subiectū debere speculari accidētia:intelligiꝫ de accidentibus per se:perfeitate forme:vel subiecti:ꝛ de accidentibus ꝓsequentib⁹ subiectū ex determinata rōne sue ꝓsideratiōis:vnde astrologus ꝓsiderabit tñ accidentia que ꝓsequunt celum vt est cōpositum ex partibus quātitatiuis tñ:nō accidentia que sequūtur cōpositionē ex intelligētia ꝛ orbe. ¶ Amplius astronomus tractat ō figuris ꝛ sitibus coꝛ

pozū celestiū ꝺm qualitatē motuū:ꝛ ꝺm velocitatem ꝛ tarditatē:qz tñ non speculaꝝ celuz inquātū est motū:ꝛ non declarat qualis modus motuum est possibilis in celo:ꝛ qualis nō:iccirco ꝺz astrologus ꝓsiderare abstracta ꝺm rōnez tantū: nālis vero speculari causas que sunt cū mā.2.celi.57. primo methaphybce.19.

¶ Tex.cōmēti.18.19.

Et mathematicus etiā.

Sentētia talis est:mathematicus ꝛ nālis dissimili cōsiderandi mō sua speculanꝝ obiecta:iste ea ꝙ māe ꝛ motui cōiūcta:ille:ea ꝙ a mā:cogitatione: rōneqz seiungunꝝ:ideo errauit Plato existimās formas naturales ꝛ re ꝛ ratione a materia esse semotas.

¶ Circa cōmentū 18ᵐ. Aduertenduz ꝙ linea ꝛ superficies:cōsideranꝝ a nāli vt sunt termini corporum nāliuz:a geometra absolute:abstracta a mā primo physicoꝝ.49.prīo celi prīo: naturā itez ꝛ substātiaz accidētiū corpoꝝ celestiū inquirit nālis:docet ꝛ solem suapte nā ozbiculariter moueri astronomꝰ supputat solem tanto tpe tm̄ celi spatium ptransire:ꝛ quo ex motu reperiꝝ maioz vel minoz distantia planetarū:ℳ Rursus Auerrois fatetur tres ozdines scientiarū:pura mathematica que quātitatē continuā ꝛ discretaz speculaꝝ ꝓter qualitatē sensibilez:pura nālis que considerat nātum ꝑmaria intentione:vt includit prīncipia qualitatū sensibiliū:que sunt materia ꝛ forma:quātitatē vero secūdario cōsiderat:in habitudine.ſ.ad motū:ꝛ qualitates quas fundat:mathematica media fertur p se primo sup quantitatem:secūdario sup qualitatē sensibilem:eꝫ est de scia nāli que per se primo ferꝝ sup qualitatez sensibilem:secūdario vero super quantitatez.

Digressio.

¶ Scientia nālis ꝛ mathematica nō differūt in rebus cōsideratis:sed in mō diffiniēdi ꝛ considerandi:quātitates.n.ꝓsiderate a mathematico habent tm̄ esse in rebus nālibus:quas qdem quātitates mathematicꝰ speculaꝝ abstractiue ꝛ nō ꝺm esse abstractū:qz passiones quas mathematicus demonstrat:cōueniūt quātitatibus ꝺm esse quod habent in re extra:ꝛ hoc verissimo fundamento saluaꝝ ꝙ mathematica est scia realis:nō obstāte ꝙ ipsa sit de abstractis ꝺm rōnem tātuz.ℳ Est ꝛ mathematica a nāli pba distincta:qz considerat quātitatē abstrabēdo ipsaz ab omni ozdie essentiali ꝛ attributione ad mām sensibilem:ℳ Cōtra scientie secanꝝ quēdmodum res.3.de anima.38. ergo idem realiter nō est consideratū in diuersis scientijs.ℳ Solutio est.vult ibi Aristoteles scientiam ꝛ sensum differre:veluti differūt differētie entiū:vel per res intelligit obiecta formalia:non mālia:neqz intellectus falsе intelligit intelligēdo rem aliter qz̄ est:sed bene falsе intelligeret:intelligendo rem eē:aliter qz̄ est:ꝛ hoc est ꝙ dicit Aristoteles:abstrahētium nō est mendatiū.i.mathematicus quātitatē cōsiderās:nō appzehēdendo vtrū sit colozata:vel calida:vel frigida:vel in homine:vel in celo:nō mentitur.

¶ Circa cōmentū 19ᵐ. Aduertenduz ꝙ forme abstracte ꝺm esse sunt abstracte ꝺm rōnez:ꝛ sunt intelligētie:entia mathematica sunt abstracta ꝺz rōnem ꝛ non ꝺm esse:entia nālia sunt imersa motui ꝛ materie sensibili:que nihil aliud est nisi substantia habens qualitates sensibiles:que primo ꝛ ꝑ se sunt obiecta aliquoꝝ sensuū:ꝛ lz entia mathematica abstrahāt a mā sensibili non tm̄ intelligibili:que est substātia cōsiderata sine qualitatibus sensibilibꝰ:ꝛ ꝺz intelligibilis:qz vt sic est cognoscibilis solo intellectu:vl̄ptes quātitatis sunt mā intelligibilis.ℳ Amplius modus diffiniēdi per materiā:ꝛ demonstrādi per eaz sunt peculiares ꝓbo naturali:mathematicus tantū per formaz demonstrat:ꝛ diffinit.Diuinus ꝑ duas tantum:nālis ꝑ quattuoz:ꝛ maxime per materiā:inter causas enim nulla est ita motui appzopziata: quēadmoduz materia.

Digressio.

¶ Pzo complemento attendenduz ꝙ quicqd intelligitur vel est actus:vel habens actum partem sui:vel habens habitudinez ad aliquez actū res ät copulata alteri:sepe ita ꝺpēdet:vt ñ possit fieri abstractio:oculus non pōt abstrahi ab animali: forma materialis a materia:relatiuū.a.suo correlatiuo:totū ꝛ integrale ꝛ vniuersale a multis suis partibus abstrahi potest:ꝛ ita quātitas cū sit accidēs cōe materie:ꝛ qualitates sensibiles insint substātie cōposite mediante quātitate poterit quātitas intelligi:qualitatibꝰ nō intellectis: ꝛ ita abstrahētiuz non erit mendatiū:ꝛ talis abstractio mathematica est sufficiēs ad causandaz in scientijs diuersitatē:in tali.n.abstractione non remanet ozdo essentialis:neqz habitudo ad illō a quo fit abstractio.

¶ Tex. cōmen.20.

Et demonstrat hoc ēt.

Snīa stat in hoc:discipline medie a motu ꝛ a mā ñ simplr abstrahūt:ꝙ neqz nālis phy cōsideratio a mā

a materia ꝛ a motu absolui poterit:ꝛ dicit Themistius:si ea que possunt cogitatōe:rōneqz separari:simul atqz ponuuꝫ esse actu:nō possunt amplius separari:qz̄tomagis est obseruādū:ne actu separemus ea:que neqz ratio quidem pōt ꝛ cogitatio separare.

¶ Circa cōmē.20ᵐ. Aduertēdū ꝙ. Perspectiua ꝓsiderat magnitudinē visualez:visualitas aūt lz absolute sit passio demonstrata a nāli: ꝓout tm̄ diuersimode imutatur visus a quāto:(que diuersitas cōuenit quāto visibili:non ꝓpter aliquā diuersitatē colozis:sed ex hoc ꝙ ipsum visibile se bz alio ꝛ alio modo ad visuz) ꝓsiderat a pspectiua. Arithmeticus numerū absolute speculaꝝ:musicꝰ numerū sonoꝝ:ꝛ licz sonoritas absolute sit passio demōstrata a nāli:tñ vt ad eam ꝓsequunꝫ diuersi modi imutandi auditū cōsiderat a musico:ꝛ hoc habz vt sonoritas est ꝓportiōalis:ꝛ hac de causa iste facultates medie mathematicis puris subalternanꝝ:ꝛ ēt qz primaria intentione fertur intētio artificis medij supza quantitatē,secūdaria supza qualitatē sensibilē.Mathematicus autez purus quātitatē absqz qualitate sensibili cōtēplaꝝ nālis qualitatē primo:quātitatē secūdario ꝓsiderat.

Digressio.

¶ Teñendū est sciētias medias magis esse mathematicas qz̄ nāles.ℳ Tuz qz subalternanꝝ mathematicis:primo posteioꝝ capite.13.ℳ Tuz qz modus ꝓcedendi in illis est magis mathematicus qz̄ nālis.ℳ Tuz qz principia eaꝝ sunt mathematica:ꝓclusiōes nāles:sicut aūt se bz finis in nālibus:ita principiū in demōstratiuis.2.physicoꝝ.89.ℳ Neqz huic ꝓclusioni obstabunt verba Ari.in principio ꝛ in fine textus cōmēti.20.trās lationis grece:si ꝓsiderabimꝰ expositionē Auer. sunt enim iste sciētie medie ꝓpinquiozes naturali qz̄ pure mathematice:ꝛ ꝓsideratio earum ꝓpinquioz est cōsiderationi nāli:qz̄ speculatio geometrica ꝛ arithmetica:cuz quo tñ stat ꝙ scientie medie sint magis mathematice qz̄ nāles: euidentia quoqz sciaꝝ mediarū volo ꝙ fit maioz euidentia nāli:ꝛ minoz euidētia geometrica ꝛ arithmetica.

¶ Uex mihi occurrit difficultas ab alijs (vt reoz) nūduz visa:cuz astrologia sit de substātia.12. methaphysice.44.qua nam lege pōt subalterna ri geometrie:que solū circa accidentia versatur: vulgatissimū.n.est subiectū scientie subalternate debere cōponi ex subiecto sciētie subalternātis ꝛ differentia accidentali eidez subiecto supaddita. ℳ Itez ꝺdictio manifestissima est in dictis Auer. 2.physicoꝝ.71.vult Aristotelē nō facē mentōez de tribus sciētijs:sed de tribꝰ modis sciaꝝ:eadez eteni facultas:nālis,ſ.pbya tractat ꝺ mobili corruptibili:ꝛ mobili incozruptibili.ℳ Solutio est astrologus ꝓsideraꝝ mobile icozruptibile merito quātitatis principaliter:ꝛ figuraꝝ ꝛ situū: nālis merito substātie ꝛ nāe eiusdē:vnde magnitudo celestis:nō celū subiectū est astrologie ꝛc̄.

¶ Tex. cōmen.21.22.23.24.25.26.

Et cum natura.

Snīa consistit in hoc:vt demonstreꝝ ad que se extendat cōsideratio scientie nālis:vnde tenetur pbs nālis ꝛ mām ꝛ formā cognoscere.ℳ Tum qz cōuenit pbysico vtrāqz nām perspectā ꝛ explozatā habere.ℳ Tum qz ꝓsideratio nālis ē sicut ꝓsideratio fimi.ℳ Tuz qz materia ꝓpter formā est instituta:eiusdē aūt scientie ē cognoscere finē ꝛ ea que ad finez ozdinanꝝ.constat aūt formā finez esse naturaliuz corpoꝝ.ℳ Tum qz materia est de numero eoruz que referūtur ad aliud.est enim materia alicuius forme materia: atqz alterius item altera:quare consideratio naturalis se extendet vsqz ad animam humanaz inclusiue.

¶ Circa cōmentum.21. Est obseruandū ꝙ oēs forme educte de potentia materie cōsiderantur quidditatiue a naturali:ꝛ ita pendent a materia ꝙ in earuz diffinitione cadere opoztet materiaz: talis enim forma semper intelligiꝫ cum materia: ꝛ impossibile est scire formā absqz materia:ꝛ materiaz absqz forma.4.physicoꝝ.16.inter formas autez nō eductas sola anima intellectiua humana spectat ad naturalē.ℳ Tum qz ipsa patiꝫ passione perfectiua.ℳ Tuz qz terminat mutationes varias extrinsece ꝛ remote.ℳ Amplius inter predicata methaphysicalia ꝛ nālia assignaui differē tiam primo physicoꝝ.11.

¶ Circa cōmentū.22.Aduertendū ꝙ colligun tur multa:in primis ꝙ naturalis cōsiderat materiaz tam ꝓpinquā qz̄ remotā.Artifex nō nisi ꝓpinquā.ℳ Secūdo ꝙ solus naturalis ꝑbat materiaz esse,ꝛ primū motoꝛez esse:vie.n.Auicenne erant vie loquentiū fine ratione ꝛ consideratōe: sermo quoqz eius medius existebat inter pipateticos ꝛ loquentes.ℳ Tertio ꝙ principia subiecti possunt demōstrari a posterioꝛi:cuz sint occulta: subiectū aūt nequaqz:cum sit per se notissimum. ℳ Quarto:quid sit demonstratio signi:causе tm̄: causе ꝛ esse:declaraui ī tractādo ꝓhemiū Auer. ℳ Et que dixi circa digressionē cōmenti.83. huic cōmento deseruiunt.

¶ Circa cōmentū.23.Est attendendū ꝙ forma est finis generatiōis:operatio finis rei generate: dicit ꝛ forma vltimuz positiuum ꝛ prima quies ad quā veniunt generata:vltimum priuatiuū est

interitus rei generate:ideo infertur q nō semper quies est priuatio motus: locus enīz naturalis ē quies generabiliū ⁊ corruptibiliū. Quelibz qualitas in summo est quies elementoꝝ. Felicitas est quies boīs:vnde quies in termino a quo opponitur motui:nō in termio ad quē:quare ⁊ poeta ridicule cōpulsus est ad hanc sniam afferendam. Extremū ob quod natus erat:fatūqz petiuit:nō enīz qđ vis vltimū finis est:sed id qđ est optimū. ¶ Ampliꝰ vult Auerrois ex puris affirmatiuis in secūda figura in terminis paribus sylogismuz formari posse:imo vlis affirmatiua in termis cōuertibilibus simpliciter verti pōt.

¶ Circa cōmentū.24ᵐ.⁊.25ᵐ. Notādū primo q sicut in artefactis:ars faciens materiā:⁊ nō faciens materiā cognoscit ipsam:qz sicut materia ē gratia forme ⁊ operis:sic ⁊ in naturalibꝰ: quorū materia fieri nequit:sed iam exīstit:babeturqz necesse est gratia forme ⁊ propter formā mām esse. palam aūt ei qui finez intelligit intelligenda esse ea que spectant ⁊ tendunt ad finē. Exemplo bocostēdit:in bis artibus que sunt:dolatiua:nauifactiua:gubernatiua:faciens lateres ex luto:indurcens formā domus:vtens domo iam facta: ⁊ harum que vtitur simpliciter dicit architectonica.i. principalis:que vtitur ⁊ facit minus est principalis. Et Auerrois cōmento.25. gubernatiuā appellat geometriā opatuiā simpliciter nauifactiuaz geometriā opatiuā quodāmodo. ¶ Aduertendū secūdo q homo ē finis ad quē refert vsus rerū artificialiū ⁊ nālium:⁊ est nexus ⁊ ligamentum superioꝝ eū inferioribꝰ:⁊ paruus mundus.

¶ Tertio sciendū:dicit Auer.naturā nō facere materiā:qz est eterna.nullū enīz eternū est factū: vnde lz matteria q̄ztuz ad esse qō bz a forma:pēdeat a celo ⁊ ab aliqua cā efficiente particulari: nō tamē q̄ztuz ad esse potentiale qō ex se habet. ¶ Contra:si loquit de mā prima:ars nō facit illā sicut nec natura: si de materia secūda:natura facit illaz:quēadmodū ⁊ ars. ¶ Solutio est: materia prima pōt vocari ,ppria nature:qz semp forma attingit essentiā materie:⁊ est eterna:ars aūt facit mām ,ppriā:vt vitrū ,p ,pductione pbyale: non negaré tamen quin materiaz appropriatam possit facere natura.

¶ Est tertio notādū:cōtradictio vꝫ primo aspectu in dictis cōmētatoris:pn̄ti cōmento asserit lineas ⁊ sup̄ficies ⁊ pūcta esse in loco ⁊ moueri p̄ accidens:primo de gn̄atione.29.mā nō est punctus:neq̄ linea:neq̄ sup̄ficies:qm̄ h̄ n̄ sunt in loco neq̄ ſm se:neq̄ ſm accidēs.⁋ Solutio est:termini corpoꝝ nō sunt in loco ⁊ nō mouent̄ p̄ accidens:itaq̄ q̄ñq̄ possint esse in loco ⁊ moueri per se:sed sunt in loco ⁊ mouent̄ p̄ accidēs:q: nunq̄ per se. Vel dico q̄ puncta:linee:sup̄ficies vt mathematica ꝯsiderant̄ rōne:⁊ nō sunt in loco p̄ se:neq̄ p̄ accidens:vt sunt termini corpoꝝ nāliū sunt in loco ⁊ mouent̄ per accidens.
¶ Circa cōmentū 10m. Sunt elemēta sensibiliū corpoꝝ corpora.⁋ Cōtra:mā ⁊ forma sunt principia quattuor elemētoꝝ:tamē nō sunt corpora.⁋ Solutio est:principia integralia sunt corpora:nō essentialia:vnde.3.celi.61.dicit Aristo. principia sensibiliū sunt sensibilia:eternoꝝ eterna:corruptibiliū corruptibilia: vbi Auer. asserit ꝓpōnem Arist.intelligēdā esse de principijs ꝓpinq̄s nō remotis:⁊ primo methaphysice.31.35. nulluꝫ eternū pōt esse pars rei generabilis ⁊ corruptibilis:que ꝓpositio vera est de mā ⁊ forma peculiaribus vni signato indiuiduo:mā ſm suā essentiā oībus corporib⁹ subcelestib⁹ satisfacit: intellect⁹ humanus est forma vl'is in essendo oīb⁹ hoībus cōcessus.⁋ Amplius cōmentator hēbat tex.deprauatū:ex bonitate tn̄ igenij supplet ipꝫ:veluti fecit.2.de aīa.6.5.methaphy.3.⁊ alibi sepe.
¶ Circa cōmentū 11m. Est aduertenduꝫ:forma substātialis vt terminat generationē hꝫ rōneꝫ finis:vt est tota quidditas ⁊ essentia rei facte vocatur forma:⁊ ita finis generatōis ⁊ forma ꝯsentiunt.⁋ Amplius locus elementoꝝ est cōplemētum ⁊ finis extrinsecus eoꝝ:ad quē mouent̄ ⁊ in quo ꝯseruant̄:aīalia vero que sunt composita.i.etherogenea nō mouent̄ ad locū:veluti ad fineꝫ:cū moueant̄ versus oēm dr̄iam positōis:locus ḡ apparentie in rōne textus cōmēti.11.est:qm̄ loc⁹ nō est de genere causaꝝ:sed de genere ꝯsequētiū causas:⁊ q: nō est cā mālis:nec formalis:nec efficiens:nec finis intrinsecus: potuisset quispiam existimare locū nō esse aliqd.⁋ Cōtra:non valet ista ꝯn̄tia:locus nō est mā nō est forma:nō agēs:nō finis ītrinsecus ergo nō est cā:q: cā finalis vt est quarta cā nō coincidit cū forma:ſꝫ causat tm̄ extrinsece.⁋ Solutio est:dico q̄ ista rō nō ꝓbat locū nō habere rōneꝫ finis:vt finis est quarta cā ⁊ ita ista rō nō est valida de se:sed valida est aduersus antiquos ꝯcedētes fineꝫ vt est cā quarta habere potestatē causandi intrinsece.
¶ Circa comentū 12m ⁊ 13m. Est aduertenduꝫ primo:locus est in corpore locāte:veluti accidēs in subiecto:⁊ posset ꝯcedi locū esse in loco p̄ accidens rōne subiecti in quo est locus:quare hec illatio palliata existit:locus est alicubi ⁊ in aliquo ergo in loco:est eniꝫ locus in aliquo tanq̄ in subiecto:nō tanq̄ in loco.¶ Est scd̄o sciendū: locatuꝫ si auget̄:nō oꝫ locū augeri:ſꝫ opus est latera loci extendi:soluꝫ.n.viuētia subcelestia nutriunt̄:augenturq̄:cetera maiorari nō augeri dicunt̄:⁊ addunt recētiores nō esse necessariū locū maiorari vel minorari aucto vel diminuto locato:vt palaꝫ est:posito corpore orbiculari sup̄ficie cōcaua ⁊ ꝯuexa termiato:qd̄ spericū paulopost ꝯstituat̄ nulla in sup̄ficie exteriori facta mutatōe:tūc loc⁹ nō variabit̄:⁊ corpus illud aperte augmētabit̄:spectata illius ꝓfunditate:nō variat̄ item locus ꝯcauo illius ꝯdēsato ⁊ minorato:⁊ sn̄ia istorum vera est de rarefactione ⁊ condēsatione:non de augmēto:quelibet enim pars aucti est aucta:primo de generatione.33.

¶ Tex.cōmen.14.15.16.17.18.19.20.21.

Et quia quedā dicunt̄.

Inquirit Arist.pn̄ti p̄te quid sit locus:⁊ textu cōmenti.14.duplicē locū cōperit:alterū primū:alterum per aliud:locus qui nihil p̄ter te amplectit̄ est primus locus: nō primus est qui oībus corporibus est cōis:cū ergo locus ꝓprius ꝯtineat:amplecteturq̄ corpora:sit ⁊ finis ⁊ terminus:⁊ forma sit que terminet:definiatq̄ corpora:nonnulli veteres locū esse formā affirmauerūt.⁋ Ampli⁹ q: mā recipit successionē formaꝝ: ⁊ locus recipit diuersa corpora existimauit Plato locū eē māꝫ:quare si fuisset locus mā aut forma:cuꝫ p̄ncipioꝝ speculatio altissima sit:fuisset locus tractatu perdifficilis.⁋ Nō est tn̄ locus mā:nec forma:forma nāq̄ ⁊ mā ab ipsa re separari nō possunt:locus pōt:nō eniꝫ locus aliquid corporis est:non pars:nō affectio:nō habitus:non p̄tās.⁋ Res quoq̄ in locos ꝓprios ferunt̄:minime in mām ⁊ formā.⁋ Et cū materia ⁊ forma moueant̄ ⁊ sint in loco per accidens:locus vero nec sit in loco:nec locus simul cū corpore defferat̄:nō erit locus mā ⁊ forma.⁋ Preterea cū vicibus corpora p̄mutentur aer in aquā:aqua in aerē abeat:si locus esset forma:corrūperetur locus:q: ⁊ forme corrumpunt̄:atque nam sit loci corruptio: difficile est afferre vel fingendo.
¶ Circa cōmentū.14m. Est aduertendū:in isto sylogismo

sylogismo:oīs forma est finis:oīs locus est finis:ergo locus est forma:est ⁊ fallatia equiuocatōis:q: forma est finis intrinsec⁹:locus extrinsecus:⁊ fallatia cōsequētis:q: est sylogism⁹ ex puris affirmatiuis in scd̄a figura.⁋ Amplius vnū elementum nō est locus ꝓprius alterius:ignis.n.cōtinet tria elemēta:aer duo:aqua terrā sed nō totā:veꝝ locus peculiaris ignis erit cōgregatū ex sup̄ficie cōcaua lune ⁊ cōuexa aeris : ⁊ locus aeris erunt sup̄ficies cōcaua ignis ⁊ cōuexa aque:q̄ due sup̄ficies sunt vnus locus ⁊ vna quātitas:infero p° corrolarie nō oē corpus habere locuꝫ propriū:pꝫ de firmamēto:⁊ de mūdo pro aggregato ex oīb⁹ corporib⁹ tam sup̄nis q̄ infernis:infero secundo totius ⁊ partis nō esse eundeꝫ locnm propriū sed bene cōmunem.
¶ Circa cōmētuꝫ.15. Est cōsiderāduꝫ:dicentes locū esse dimēsionē tenēt locū esse mām p̄p vtriuſq̄ indeterminationē:forma.n.terminat ⁊ mām ⁊ dimensionē:illa tn̄ rō nihil ꝓbat:cū ibi sit fallatia equocatōis ⁊ ꝯn̄tis:⁊ hac rōne peccāte crediderunt antiq mām eē dimēsionē:cū tn̄ sit subiectum dimēsionū in potētia:dimēsiones aūt in potentia effitiūtur in actu forma:sup̄ficie:figura:dimēsiones sunt insep̄abiles a mā:prio cap° de s̄ba orbis vn̄ in his corporib⁹ subcelestib⁹ talis ordo rep̄it̄:mā p̄ria.dimēsio iterminata:forma s̄balis:dimēsio terminata:infero prio corolarie formā eē cām q̄ntitatis terminate:infero scd̄o corpus de p̄dicamēto quātitatis nāliter loquēdo prius eē sup̄ficiebus ipsuꝫ termināntib⁹:⁊ hoc est q̄ dicit Auer. cū abstuleris a mā vltimū.i.sup̄ficieꝫ ⁊ figurā nihil remanebit in ea nisi dimēsio nō terminata.s.q̄ est corpus in potētia ad sup̄ficiē ⁊ figurā:⁊ p̄ aduentū termini efficit̄ corpus in actu.⁋ Amplius locus anteq̄ in eo existat locatū ſm Ari.⁊ in veritate est dimēsio in potētia.i.sup̄ficies que nunc nihil āplectit̄:⁊ paulopost locatū āplectet̄ vocat̄ prio sup̄ficies in potētia:deinde efficit̄ sup̄ficies in actu:qn̄.n.res locata nō est in loco:tūc loc⁹ non est terminat⁹ nisi potētia:ſꝫ in ipso est distātia loci saluata solū:⁊ cū recipit locatū actu:tūc terminatur ⁊ finit̄:veluti receptaculū terminat̄ ⁊ finit̄ ad receptū:credidit.n.Plato locū ⁊ māꝫ eē ꝯceptacula ⁊ eē vnū ⁊ idē:ſꝫ i alijs libris dixerit receptiuuꝫ aliđ eē q̄ māꝫ:q: hꝫ plures acceptōes vtebat̄ hoc noīe receptio:⁊ hoc fecit p̄cipue in libro sine titulo:solebat eniꝫ Plato nominibus discipulorum libros suos inscribere:at illum nulli dedicauit: hec Albertus.
¶ Circa cōmentū.16. Est obseruādū:mā ⁊ forā sunt cause vltīe rerū nāliuꝫ intrīsece:simplicissime vltīe dico in via resolutōis:stat.n.vltimata resolutio ad mām:forā euanescit:priē in via ꝯpositionis quaruꝫ speculatio p̄ se difficilima existit:scire aūt mām sine forma:vel eꝫ ē īpossibile:in diffinitione.n.forme mālis ingredit̄ mā:prio de aīa.16.3.de aīa.9.forā semp̄ intelligit̄ cū mā:prio physi° 65.forma ⁊ mā sunt insep̄abilia inesse:p° physi°.70.subiectū substētat formaꝫ ⁊ forma subiectuꝫ:2.physi°.30.mā est cā forme:⁊ forma māe:vn̄ mā subcelestiū q: est vna priuatiue:cuꝫ in sua essentia nullā includat formā:(est.n.pura potētia)nō pōt intelligi nisi p̄ formā:mā tn̄ vt est prior nā formis q̄bus copulat̄ sine forma cōprehēdi pōt.ſꝫ d̄ his prio physicoꝝ.63.69.abūde diximus.
¶ Circa cōmē.17m. Est primit⁹ attēdenduꝫ:mā ⁊ forma nō numerātur in actu:ſꝫ rōne:q: in cōposito nō habēt ꝓpriā existētiaꝫ:sed vnica cōpositi existētia existūt:lꝫ ḡ essentia materie q̄ est eē purū potētiale nō sit essentia forme:eadē tn̄ penit⁹ existunt existētia: ⁊ hec est cā q̄ Auer.7.metha°.31.dicebat:īpossibile est mām ⁊ formā eē duo ī actu:⁊.8.methaphysice.16.q̄ ponit q̄ aīa ⁊ corp⁹ sunt duo diuersa:cōtingit ei dicere q̄d sit cā ligamenti aīe cū corpore:q̄ aūt dicit q̄ aīa est p̄fectio corporis ⁊ q̄ corpus nō existit sine aīa nō sunt apud ipsuꝫ duo diuersa:nec accidit ei qd̄ hec.¶ Est scd̄o sciēduꝫ:forma nō mutat̄ de mā in mām ſm q̄ corpora mutant̄ de loco in locū:putāt moderni h̄ eē verū de formis inanimatoꝝ q̄ ꝓprie nō augētur:eadē.n.aīa pōt successiue informare plures mās dico aūt ego istud dictū Auer.eē vl'r verū nō obstante q̄ in augmētatōe variet̄ mā ⁊ saluet̄ forā:q: intētio cōmētatoris hic ⁊ prio de aīa.53.2.de aīa.24.26.est q̄ vnaqueq̄ forma limitet sibi corpus ꝓpriuꝫ ⁊ mām propriā a q̄ est insep̄abilis p̄ se:pōt itaq̄ aīa trāsire d̄ vno corpore in aliud sibi cōiunctū:nō sep̄atuꝫ:pꝫ in nutritōe ⁊ augmētatōe ⁊ addo q̄ aīa nō cāta a subiecto quātuꝫ est ex p̄te sua pōt informare simul plura corpora sep̄ata:hꝫ n.Auer.est vnus intellect⁹ numero in oībus hominib⁹:aīa aūt educta nō hꝫ p̄tāteꝫ īformādi plura corpora sep̄ata:⁊ hec diuersitas ꝓuenit:q: intellect⁹ est vn⁹ numero ⁊ singularis ⁊ vl'is:aīe vero causate vl'itatē acquirūt ab intellectu agente.
¶ Est tertio ꝯsiderāduꝫ:dicit Auer.māꝫ n̄ separi a formis sine corruptōe eius:vt ēt dicebat.2.d̄ anima.8.⁋ Cōtra materia est eterna:dico q̄ materia est eterna ſm essentiam:non ſm illa esse q̄ hꝫ a formis.⁋ Postremo sciēdum est:rōnalitas ē in homine:sicut forma in subiecto:⁊ pōt inferri ītellectū a quo sumit̄ hoc p̄dicatū rōnale dare eē:differt.n.hō a brutis p rōnale.3.de aīa p° ⁊.3.d̄ aīa.5.intellect⁹ possibilis est pria p̄fectio hoīs:vn̄ oīs forma dat eē:si est s̄balis:dat esse substātiale:si accidētalis:accidētale.
¶ Circa cōmentuꝫ.18m.⁊.19m. Est obseruādū:

quia mā verius dicitur ptineri q̄z cōtinere:cuz finiatur ⁊ terminet formis:locus aūt cōtineat:non erit locus mā. ℣ Amplius locus ē ſeparabilis a locato:q; locatuz manet ſublato loco:non aūt remota forma pmanet formatū:⁊ narraui ſupra cō mento.3.duo locata diuerſa poſſe ſibi inuicē ſuccedere in eodez loco totali p gnātionē:vt ſi viuēs moriat:ſtat illud cadauer eſſe precise in eodē loco. ℣ Itez Plato ſi vere diffiniuit locū:idee erāt in loco:ſi trāſumptiue:illa diffinitio fuit rethorica nō demōſtratiua:quā in ſcientia nāli vitare tenemur. ℣ Rurſus cōuincit locuz nō eſſe mām ⁊ formaz:q; res nāles nō ferunt in mām ⁊ formaz:q; ſecū ⁊ intra ſe continēt vtrāq; naturā:in mā ⁊ forma qd nam eſt ſupra:quid infra.

¶ Circa cōmentuz.20ᵐ. In primis formal bec rō:ſi locus mā ſit aut forma:cū mā ⁊ forma motu corporū moueant:ubiq; adſint:vbi corpa adſunt: ſequtur ⁊ locū poſſe moueri:⁊ locū eſſe in loco:⁊ ſi locus corporis ſimul cū corpore deferat:locꝰ corporis cē in loco videbit:⁊ quēadmodū eſſet ꝓceſſus in infinitū in ꝓcipijs:ſi ꝓcipij eſſet ꝓncipiuz:vel ꝓcipiū indigeret ꝓncipio:ita ⁊ in locis ſi eſſet loci locus:vel locus indigeret loco. ℣ Amplius mā ⁊ forma ptes ſunt ſm qualitatē non ſm q̄ſtitatē:q; forma ſbalis eſt qualitas eſſentialis: mā aūt eſt vehiculū formē:⁊ p ly infinitū ⁊ interminatū in textu intelligit mā que interminata eſt: ⁊ infinitarū formarū capax:cū mūdus ſit eternꝰ ſm ptateticos:mā ergo ⁊ forma nō ſunt ſemper in eodem loco:ſed inueniunt ſemper vbi eſt res.i. cōpoſituz ex materia ⁊ forma.

Digreſſio Auerrois.

¶ Introducit cōmentator iſtaz difficultatē:qō moueat per ſe eſt corpus.6.phyſi^f.32.p accidens moueat:qō moueat motu illius:ſicut mā ⁊ forma:⁊ q; nō eſt incōueniēs id qō moueat p accidēs eſſe in loco p accidēs:ex rōne Ariſto.ſegtur q; loci eſſet locus p accidēs:⁊ hoc nō eſt impoſſibile. ℣ Solutio Auer.ꝓſiſtit in hoc:ſi locus eſt mā vel forma: tunc loci p ſe ſemp erit locus p accidens:qō nō eſt veruz:locus.n.nō moueat motu locali ſemper:ſed aliqñ ⁊ raro:⁊ dicit Albertus hoc eē:qñ locus ē ſicut vas cuius motu moueat id qō eſt in vaſe:ſed ꝓſtat vas nō eē locū ſed loco ſimillimū:ſupra.17. moderni exiſtimāt locū moueri raro ad motū corporis locātis:q; corrūpitur:⁊ accidit corpori cōtinenti vt cōtinens eſt:eſſe in loco ⁊ moueri:q; nō eſt in loco ea rōne qua cōtinet. ℣ Solutio autem Alexādri ſtat in hoc:ſi detur forma vel mā eē locus:oz q; cōueniat eis rō loci:que eſt:eſſe equales locato:ergo mā ⁊ forma ſunt equalia corpori qō moueat ergo debeat eis locus equalis corpori qō moueat:ergo loci erit locus per ſe:⁊ in hoc bene dicebat Alexāder:Auerrois tñ vult q; locus ſm q; eſt quātitas nō moueat:q; quantitas abſtrahit a motu:⁊ eſt locꝰ ſm q; eſt locus imobilis:ergo ſententia Alexandri ſtare non poterit:locus autem ideo eſt imobilis:q; elementa ſemp feruntur naturaliter in determinata loca.

¶ Circa cōmentuz.21ᵐ. Eſt aduertēduz:ſi locus eſſet forma:corrupta re:corrūperet locus rei:cōſequēs eſt impoſſibile:ergo:⁊ ita translatio ꝓprija rei eſſet corruptio ꝓpria rei:⁊ addit Auerrois eodez fundamēto poſſe probari locū nō eſſe materiā:q; ſi locus corrūpatur ⁊ mā corrūpetur: quā tñ conſtat eſſe ingenerabilē ⁊ incorruptibilē: primo phyſicoꝝ.82. Arbitror aūt duo locata nō poſſe in eodez loco totali ſibi inuicez ſuccedē niſi p generationez:vt patuit ſupra.

¶ Tex.⁊ cōmētū.22ᵐ.vſq; ad.30ᵐ.

Jam igit numerauim.

Preſenti parte pmittit prio modos quibus aliquid dicitur eſſe in aliquo:diſſerit ſecūdo nunqd aliquid poſſit eſſe in ſeipſo:tandez ſoluit quedaz prius dubitata

¶ Sentētia textus cōmēti.23.ſtat in hoc. Dicit pars oīs eſſe in toto:ſiue integralis ſit:ſiue eſſentialis:totuz quoq; eſt in partibus:⁊ ſpēs in genere:⁊ genus in ſpē:neq; mirū videt inquit Themiſtius ſi in homine eſſe aīal dī:quaſi id quod plus eſt in eo qō minus eſſe nō debeat:naz ſi inſpexeris inuenies aīal tanq̄z partez in homine:proindeq; in hois diffinitione includi cōprehēdiq; animal. ℣ Itez forma eſt in mā. In prio gubernante ſunt aliqua collocata. In felicitate ⁊ beatitudine oīa eſſe dicunt. ℣ Modus quo aliquid eſt in loco eſt ꝓprius atq; precipuus:⁊ numerauit aliqd eē in loco ⁊ in vaſe vt notius acciperet in expoſitione latentionis:℣ Auerrois cōmento.23. enumerat moduz ſm quē materia eſt in cōpoſito:⁊ Ari.nō numerauit:q; talis modus eſt valde ꝓpinquus mō quo ps eſt in toto. ℣ Cōtra imo mā eſt in ꝓpoſito:ſicut ps in toto. ℣ Solutio eſt.mā nō eſt pars integralis cōpoſiti:neq; eſſentialis:q; ſola forma eſt pars eſſentialis rei:eſt igit mā:q; deffert formaz:quaſi ps eſſentialis:⁊ hec eſt cā q; cōmentator dicit:ſed dimiſit materiā:q; eſt ꝓpinqua parti in toto:⁊ ſpeciei in genere.

¶ Sentētia textus ⁊ cōmenti.24.ſtat in B. Tenetur artifex demōſtratiuꝰ diſtinguere noīa equiuoca:methaphyſicꝰ id exequit in.5.methaphyſice:in naturali phya vnicuiq; tractatui applicant diſtinctiones nominū:quēadmoduz 7.3.methaphyſice

phyſice introducunt oēs fere qōnes methaphyſicales:in naturali phya vnicuiq; libro ſue ꝓprie aptant qōnes:hec aūt pars ideo introducta eſt: vt oſtendat nihil eſſe in ſeipſo:veluti in loco:verū q; veriſſimū eſt oīa aut nullibi eſſe:aut in altero: ⁊ ſi in altero:aut p ſe prio:(vt eſt id qō eſt in aliq̄ ſm ſe totū:⁊ ſm qualibet partē ſui:veluti albedo eſt in ſuperficie:⁊ ſcia in intellectu:)aut per aliud.i. rōne partiuz:⁊ merito alicuius extrinſeci ⁊ alieni a ſba rei:conſtat igitur boiez non prio ſed per aliud in ſeipſo eſſe poſſe:iccirco q; totius hominis altera pars in altera quaſi parte ſit condita atq; recepta:rōnalitas.n.i.aīa hominis in corpore hominis eſt collocata:poſſumus ⁊ vti alio exēplo: cōgregatuz.n.ex amphora ⁊ vino eſt in ſeipſo:eo q; in vaſe vinū includit:non q; ſeorſuz aut vas in vaſe ſit:aut vinū in vino:in ſeipſo itaq; aliquid dicitur eſſe per aliud ⁊ ſm partē:non ſimpliciter ⁊ abſolute:⁊ in fine cōmēti dicit Auerrois vſitatū eſſe apud arabes totū diſponi p diſpoſitōez partis:nō tñ vſitatū eſt totuz eſſe in toto:apud autez grecos amphora vini eſt in āphora vini:q; vinū eſt in āphora:⁊ cōceſſo hoc mō loquendi dico q; iſta propoſitio eſt vera:intelligētia media depēdet a ſeipſa in genere cauſe finalis.i.pēdet a deo vnito illi finaliter.

¶ Sentētia textus cōmenti.25.talis eſt:nihil poteſt eſſe in ſeipſo prio ⁊ principaliter:nō eſt.n.albedo in boie prio cuz ſit in boie:q; eſt in corpore ⁊ in corpore ꝓpterea q; in ſuperficie eſt:at in ſuperficie nō per aliud amplius:ſz per ſe ⁊ imediatiſſime eſt:⁊ lz in ſuperficie ſit primuz albedo:non eo tñ iudicanda eſt eadez res albedo ⁊ ſuperficies:ita vt ſequi poſſit in ſeipſa rez eſſe:ſciētia quoq; non eſt prio in boie cū ſit in boie:q; eſt in aīa:ergo cū totuz ſit in ſeipſo p aliud:nō erit totū in ſeipſo prio.

¶ Eſt diligenter aduertendū:gratia exēpli dcm eſſe albedinē eē prio in ſuperficie:q; in rei veritate colores cū oriātur ex qualitatibus primis fundatis in materia prīa:aut i cōpoſito ex mā ⁊ formis elementorū trūcatis:ſubiectanf ⁊ ipſi in corpore de predicaméto ſubſtantie:aut in mā prīa:tanq̄z in ſubiecto prio:rudiuſcule ēt fundantur in corpore de predicaméto quantitatis:cū oīa que in materia prīa de nouo recipiunf:recipianf mediātibꝰ dimēſionibus interminatis:quātuz aūt ad apparentiaz ⁊ ſm famoſitatez pōt dicere hic Ari.⁊ in pdicaméto quātitatis in ſuperficie prio coloré fundari:⁊ prio de generatione.49.lineaz ſubiectum albedinis ⁊ nigredinis.

¶ Sentētia textus cōmenti.26.talis eſt. Non poteſt in ſeipſa res eſſe aliquo eorū modoꝝ quos retulit ſupra.23.ne eidez cōueniat rō recipiētis ⁊ recepti:⁊ ne cōtinens ſit ꝓtinens ⁊ contētuz:nō poteſt pars eſſe prio in parte:quicqd.n.recipere tur in parte eſſet ipſa pars:quāobrez ſi vas eſſz in ſeipſo prio:quicqd reciperet in vaſe vaſi identificaretur:⁊ dicit egidius romanꝰ:recepta recipiū tur in recipiēte per moduz ⁊ naturā recipiētis:ergo ſi erūt duo recepta:⁊ vnuz recipiēs:erunt illa recepta in recipiēte vno mō:ergo cū vas ſit in vaſe per moduz idētitatis:erit vinuz in vaſe per moduz idētitatis. Itez ſcribit paulopoſt ſi totū eſſet in ſeipſo prio quicquid eſſet in toto eſſet totum:⁊ q; quelibet pars eſt in toto:quelibet pars eſſet totuz:ita ſi pars eſſet in parte per ſe prio:quicquid eſſet in parte eſſet ipſa pars.

¶ Sentētia textus cōmenti.27.ſtat in hoc. Si doliuz recipit ſe prio ⁊ per ſe:vinū eſt doliuz:ſi recipit ſe prio ⁊ p accidens:duo corpora ſunt ſimul in eodem:quare ipoſſibile eſt vt aliqd recipiat ſe primo ⁊ per ſe eſſentialiter:aut accidētaliter:vnd eſi amphora eſt in ſeipſa mediante vino:vinum eſſet propinquius amphore quam ipſamet amphora:⁊ hoc nō poteſt eſſe ſine penetratione dimenſionū:⁊ dicit.s. Thomas dominé eſſe in mari prio ſm accidēs:hinc eſt q; nō exeūdo textū cōmēti primi.5.phyſicoꝝ teneo dominē in naui moueri prio:q; non per accidēs:neq; per partē:illō eniz dī moueri p accidēs:qđ ſepatuz ab illo rōne cuius mouetur per accidens:non poteſt moueri: vt eſt albedo ⁊ muſica.

¶ Textu cōmenti.28.⁊.29.oſtenditur nō oē qō eſt aliquo eē in loco:⁊ ita cauillus zenonis facile diſſuit q; cōcluſiſſet ſi locus eſſz dimēſio ſeparata: locus aūt eſt in aliquo ſicut terminꝰ ⁊ ſuperficies in corpe p ſuperficiez terminato:⁊ dicit Themiſtiꝰ:eē vero in aliquo dī locus.i.in corpore eo cuius ipſe pars atq; exitus fuerit:nō tanq̄z in loco:ſz tanq̄z in toto:cui nō eſt cōſentiendū:cū locus ſit vltia ſuperficies locātis q̄z ꝓſtat nō eē in locāte:veluti in toto. ℣ Amplius ſyllogiſmꝰ cōmenti.29.in ſecūda figura ſic formet:nullus locus eſt ps locati:oīs forma ⁊ oīs mā eſt pars locati:ergo nullus locus eſt materia vl forma:⁊ prīa propoſitio eſt minor: ſcda maior:iuxta regulas Auerrois prio priorū: illa nāq; propoſitio eſt maior in qua ponitur predicatuz concluſionis:illa eſt minor in qua inuenitur ſubiectuz cōcluſionis:ſiue primo ſiue ſecundo loco proferatur.

¶ Tex.⁊ cōmen.30.31.32.33.34.

Tantum igitur accidit.

Preſenti parte varie loci cōditiones manifeſtātur:que in loco eſſe iudicantur cōmuni hominuz intelligētia ⁊ opinione:dicit aūt cōmentator nām

loci inuestigādaz esse ex rebus essentialibus idest accidētibus essentialibus:que sic dicunt:qz essentiam cōcomittant p° de aīa.11.

¶ Sentētia textus cōmēti.30.stat in enumerando qnque ꝓpꝛietates q̄ in loco repiunt. ¶ Prima cōditio loci est continere cōplectiqz eas res q̄ruz est locus: ꝛ nihil esse rei quā cōtinet:ꝛ pp hāc cōditionez dicit cōmētatoꝛ locū differre a mā:forma ꝛ vacuo:vacuū enim nō continet:mā ꝛ forma sunt aliqd locati:locus nō est ps locati:imo nec locantis. ¶ Secūda ꝙditio est locū esse equalē locato:ꝛ iste due ꝙditiones nō pugnant seinuicē:qz corpus locatū ꝛ locans sunt contigua quoꝝ superficies se cōtangunt:iō illa equalitas attendit penes longitudinē ꝛ latitudinē tm̄:ꝛ dicit Egidius si locatuz recederet cū supficie continente nō esset maius q̄z ꝓius:ꝛ qz locatū nō se extendit extra locum suuz:ideo dicitur locus continere ipsuz: Albertus magnus arbitratur locuz ꝑm essentiaz habere duas dimensiones tantuz:ꝑm autez effectuz profunditatē:quia continētia loci pertingit vsqz ad centrum locati. ℣ Et siquis dicat:contra Aristoteles.6.poꝑsicoꝝ per longum processuz concludit superficiez nō esse imediataz superficiei:ꝛ cōfirmatur:quia ducatur linea recta a centro mūdi secans superficiem locati cōuexam ꝛ locantis concauaz palā est ꝙ secabit in duobus eius punctis:si itaqz superficies ille sunt imediate:ꝛ duo puncta in eadez linea imediabuntur:quod est cōtra Aristotelez loco allegato. ℣ Solutio stat in ꝫ duo indiuisibilia in eodez subiecto imediari impossibile est:in diuersis tm̄ subiectis id nō inconuenit:ꝛ ita linea protracta a centro transiens per superficiez conuexaz locati ꝛ concauaz locantis nō est vna.sed plures. ¶ Tertia conditio est.locuz esse separabilez a locato:ꝛ in hoc differt loc° a materia ꝛ forma:que a locato non seiunguntur:ꝛ approbat cōmentatoꝛ textū quē exposuit Alexander:(ꝛ etiaz non est extra aliquod singulariū ꝛ est separatuz ab eis)idest locus licet separetur a locato:nunqz tamen est locus quin in ipso sit aliquod particulare locatuz:ꝛ hoc nō est p se notuz de loco:illi.n.q dicunt locū eē vacuū:sepant locū a locato:ꝛ remanet loc° i actu sine locato. ℣ Amplius scribit Egidius ꝙ mā ꝑm essentiaz separat ab hoc cōpositō:est.n.mā ꝑm essentiā vna numero priuatiue respectu oīum corpoꝝ subcelestiū:at mā ꝑm eē qđ hz ab ista forma ab hoc composito nō separatur:locus vero est separabilis a locato: si duo locata possint sibi inuicē succedere in eodē loco:ꝛ si nō:saltez locatū a loco dissoluitur priori. ¶ Quarta cōditio est.locū habere differentias positionis:surſuz.ſ.ꝛ deoꝛsum:quia iste due sunt ꝑm motuz nāliter distincte:sed alie 4.or nō inuentū tur nisi in coꝛpoꝛib° aīatis:ꝛ p hāc ꝙditionē dicit cōmētatoꝛ locū differre a vacuo in quo nō est superius:neqz inferi° nāl'r. ¶ Quinta ꝙditio:vnūqōqz corpus nāle ferē nāliter in locū suū:ibiqz nāliter qescit:ꝛ locus elementi est cā finalis ei:dicit Auer.hic:ꝛ.4.celi.22.ꝛc̄

Digressio.

¶ Equalitas loci ꝛ locati(vt reoꝛ)attendenda est penes equalitatē dyametroꝝ protabibilium a centris locātis ꝛ locati ad cōcauū locātis ꝛ conuexū locati:ꝛ rō est.corpus locās ꝛ corpus locatum sunt ꝙcentrica:cū sint figurata ꝙsimilib° supficieb°ꝛ ad eosdez terios terminent ꝓticule locati ꝛ locātis:vt Ari.asserebat i ꝓdicamēto q̄ntitatꝫ ꝛ cū ꝙcauū locātꝫ fit imediatū locato:erūt oēs linee ducte a centris locati ꝛ locātis ad cōcauū locātis ꝛ cōuexū locati equales darent nāqz vacuū si concauū locantis a locato distaret:quare erunt loc° ꝛ locatū equalia ꝑm continentiā ꝛ ꝑm superficies ꝑm quas se cōtangunt. ℣ Infero corɔelarie ꝓio locatum maioꝛari posse loco diminuto : posito ꝙ tota aqua in aerez cōuertatur ꝛ cōcauū ignis aliqualiter minus reddat:erit aer longe maioꝛ quā ꝓius cōcauū ignis ꝛ cōuexū terre erūt locus aeris minoꝛ q̄z ꝓius erat locus eius:ꝙcauū.ſ.ignis ꝛ conuexū aque. ℣ Infero scōo vnius locati nō esse nisi vnū locum ꝓpꝛiū:si locus sit supficies ꝛ nō coꝛpus locans:ꝛ sigs opinione noīaliū afficeret putantiū locū esse coꝛpus:opus est vt fateaꝫ vn° locati infinita loca ꝓpꝛia quoꝝ tū vnus sit pars alterius:patet diuiso locante in partes ꝓpoꝛtionales minoꝛibus terminatis versus locatum:hec de digressione.

¶ Sentētia textus ꝛ cōmenti.31.talis est. Per diffinitionē debent dissolui questiones circa diffinitum:debet esse diffinitio cā omniū accidentiū sensibilium in eoꝛ:aliter non esset diffinitio completa:valet.n.hoc nō explicat cām diffiniti ergo non est diffinitio:sed nō valet:hoc explicat causaz ergo est diffinitio:diffinitio enim debet conuenire cuilibet contento sub diffinito. ℣ Amplius arbitrantur moderni per diffinitionē dataz in genere cause formalis oēs passiones demōstrari nō posse. ℣ Cōtra.relicta auctoritate Auerrois p° phyſicoꝝ.71.arguo sic.omnes passiones fluentes ex aliquo subiecto fluunt a ꝓncipijs speciei:ꝛ hoc merito forme:ergo siue fluant a cā finali:siue efficiente:siue materiali:etiā fluūt a causa formali ergo per diffinitionez datam per causam formalez possum° demonstrare omnes passiones ergo sermo demonstratiuus procedens per causam formalem poterit soluere omnes questiōes. ℣ Rursus ꝙsiderandū est diffinitionem habere duplex officiuz

officiuz:explicādi.ſ.essentiā ꝛ explicādi cām diffiniti:quo duplici officio mediāte multa dicta Ari. topici ꝛ eiusdē posterioꝝ istici ꝙciliātur:vt dixi primo phyſicoꝝ cōmento primo.

¶ Textu ꝛ cōmēto.32.Beclarat nullaz de loco baberi posse mentionē:nisi motꝰ localis aliqs bareꝫ:ꝛ addit Auer.dixit motū ꝛ nō quietē:licet vtrūqz significet locuz eē:qz motus est notioꝝ quete:quies.n.est ꝓuatio ꝛ motus habitus:constat aūt ꝙ ꝓuatio dignoscit ꝑ habitū. ℣ Itez pp hoc potissimū arbitramur celuz esse in loco:qz in motu sit ꝛ excitu maximo:ꝛ dixit hoc vt Auer.iquit: qz celum habere locū latet:existimaꝫ.n.a zenone ꝙ illud qđ mouetur in loco ɔz mutare locū ꝑm totum:ꝛ celū nō mutat locuz ꝑm totuz:ꝛ iō opinat° est Auicēna ꝙ nō hz motū in loco:sed erat mot° celi situalis apud Auicēnam:hoc fundamento: omne quod mouet localiter ɔz mutare locuz ꝑm totum:celū non mutat locū ꝑm totuz:ergo celum nō mouetur localiter:ꝛ mouetur ergo motu in situm mouebitur:at veritas peripatetica est:celuz mutat locū ꝑm se totū ꝑm formā:mutat locum ꝑm partes tam ꝑm mām,q̄z ꝑm formaz.6.phyſi°.85. 8.phyſicoꝝ.76. ℣ Preterea:dlatio auctio:diminutio ducunt intellectū in cognitionē istius ꝓpositionis:locus est:ꝛ pp hoc non ɔz qs existimare augmentū ꝛ diminutionē esse motū localē:qz in talibus motib°alius ꝛ alius modus acgrēdi locū inuenit.ꝓio de gnātiōe.25.vñ ꝙ augmētationez ꝛ diminutionē acquirit ꝑ se termin° quantitatis: secūdariouero ꝛ per accidēs aliud ꝛ aliud vbi:ꝛ cecidit albū in exēplari:vt ꝑz ēt.2.de aīa.6.ꝛ locuz albū suplebat Auerrois ex bonitate ingenij. ℣ Rursus nō ex oībus que mouētur ducit intellectus in cognitionē loci;sed ex his mō que per se ac ꝓprie mouent:nam que per accidēs mouēt: quēadmodū ꝓprie nō mouentur:ita neqz loco egent:neqz in notitiā loci ꝑducere pñt:sed mouētur per accidēs quedā:que si a toto separaueris: poterūt per se moueri:forme vero que existunt in subiecto.i.que educunt de potētia subiecti nulla tenus moueri per se possunt:forme abstracte cuz non sint cōstitute ineſſe per subiectuz sunt penit° imobiles:primo de anima.65. ℣ Cōtra.dicit hic Aristoteles scientia est transmutabilis ꝑm locū: cum subiectuz in quo est moueatur ergo intellectus noster mouetur motu locali per accidens. ¶ Solutio est.Auerrois extendit nomen scientie ad cognitionē sensitiuā:vel dico ꝙ intellectus mouetur per accidens impꝛopꝛie tamen:veluti ꝛ intelligētie medie:vt dixi primo phyſicoꝝ.11.vel per esse in intellectu nō efficitur res mobilis aut imobilis:celuz eniz mouetur:deus tamen qui est in ipso nō mouetur:intelligētia quoqz dependēs mouetur per accidens rudiuscule.tamē deus qui est cognitio earum non mouetur:ꝛ hec est causa ꝙ Auerrois.8.phyſicoꝝum.27.non dixit omnia que sunt in moto moueri:sed dixit:illa que mouētur:quia sunt in moto mouentur per accidens: quare ꝛc̄.

¶ Textu ꝛ cōmēto.33°.ꝛ.34°.pertractatur locum ꝓimuz esse diuisum:contangentē:ꝛ equalez locato:ꝛ ita inferꝫ locū ꝓpꝛiū esse vltimā superficiem coꝛporis amplectētis locatū:vnde volunt peripatetici omne generabile habere locū sue generationis:ꝛ aliuz sue coꝛruptionis:qz in superficie cōcaua supioris coꝛporis diffunditur virtus celestis:ꝛ hac lege locus est ꝓncipiū generationis:veluti ꝛ pater:quare cōtinens tangit contentam superficiez:nō ꝓpter superficiez sed ꝓpter totū coꝛpus. ℣ Contra.particule loci ꝛ locati ad terminū cōmunez copulantur:ergo locus non est superficies. ℣ Solutio est,eadez est distantia loci ꝛ locati:cuius distantie locus est terminus extrinsecus:figura ꝛ supficies locati intrinsecus ꝛ eēntialis:ꝛ sic ad quēcunqz terminū copulenꝫ particule illius distantie vt terminuz essentialez:ad eūdem copulantur particule loci:veluti ad terminū nō essentialē:idem quoqz in diuersis locis ꝑm diuersas partes locari potest:vt patet ɔ arboꝛe existente in terra ꝛ aere. ℣ Alterius aduertendū coꝛpus locans esse.vbi:quia est fundamentū vbi actiui:videtur quoqz velle Aristote.partes animalis cōtinuari:ꝛ est verū si in animali nō sint multe foꝛme partiales:plane partes que in toto sunt:non in toto sed cum toto mouentur:ea vero que separata sunt in loco non cuz loco moueri intelliguntꝫ: sed occurret aliquis inquit Themistius : non ne res que in vasis locantur vna cum loco ipso moueri videntur:quotiens vasa ipsa vtcunqz mouētur:verum vasa nō sunt loci quos querimus ꝓpꝛij quippe inclusis coꝛpoꝛib° ampliora capatioraqz:sed extrema:hoc est cōcaua illa fictilium:internaqz facies id maxime ac ꝓpꝛie locus est:vt pote que habeat receptis rebus amplitudinem parem. ℣ Postremo Auerrois fatetur duplex continens:intrinsecuz: scilicet ꝛ extrinsecuz:ꝛ duplex continens extrinsecuz contangens:ꝛ nō cōtangens:est forma continens intrinsecum:est cōcauuz lune finis extrinsecus ignis imediat°:aeri mediatus:cōditiones itaqz loci sunt continentia: imediatio ꝛ diuisio.

¶ Tex.ꝛ cōmen.35m.vsqz ad.43m.

Apparet igitur ex hoc.

Presenti parte iuestigat ꝛ assignat Aristoteles

integerrimaʒ loci diffinitionē per genus ⁊ diffe/
rentiaʒ:ratio auteʒ textus cōmenti.35.talis eſt:lo
cus videtur eſſe forma:quia cōtinet ⁊ terminat:
velutī ⁊ forma:nō eſt tamen:quia forma rei con/
tente terminus eſt:locus autē cōtinentis:⁊ Auer
rois cōmento.35.per ſuperficiem corporis locati
intelligit formaʒ:⁊ ratio eſt: quia talis terminus
habetur a forma ſubſtantiali:omnis enim termi
nus eſt a forma:vnūquodqʒ eniʒ corpus termina
tur termino proprio ⁊ intrinſeco:⁊ ſi queras an
in corpore ſint tres continuitates:dico ꝙ corpus
non habet continuitatem ſm longum niſi per li/
neam:⁊ in latus per ſuperficiem: ⁊ in profundū
per corpus.

¶ Textu ⁊ cōmento.36.⁊.37:docent Ariſto.⁊
Auerrois ſpaciuʒ illud quod inter cauum vaſis
interiacet locū eſſe nō poſſe:antiqui eniʒ vidētes
intra eandeʒ ſuperficieʒ vaſis modo aquaʒ:mo
do aereʒ includi:cōtineriqʒ: arbitrabantur illud
ſpacium interceptuʒ inter latera vaſis eſſe locuʒ.
¶ Cōtra:ſi dimēſiones ſepate eſſent loc⁹:collige/
ret ꝙ loca eſſent iſinita:⁊ rñdēt locus cuilibʒ pti
ſicut ⁊ toti:qꝛ diuideretur locatuʒ in tot partes in
quot eſt diuiſibile:⁊ addit Auerrois ꝙ quilibet
locus poſſet eſſe locus cuiuſlibet corporis:qꝛ eēt
locus eiuſdeʒ rationis in oībus ſimilr ⁊ loca eēnt
actu infinita:qꝛ corpori mathematico debet loc⁹:
primo de generatiōe.44°.mouētur ⁊ locus eſſen
tialiter:⁊ indigeret loco:vñ ſi ſpaciuʒ ſeparatum
eſſet locus:tunc aliquid diceret in loco : quia eſſʒ
preſens ſpacio:ſed ita cōuenit cuilibet parti toti⁹
eſſe preſſens tali ſpacio:veluti toti: equaliter er/
go totū eſt in loco ⁊ pars quelibet ſed ſunt infini/
te partes:ergo loca iſinita.¶ Rurſus ſi locus ſit
dimenſio ſeparata ergo locus eſt corpus:⁊ omne
corpus eſt mobile ergo illa dimenſio ſeparata po
terit moueri de loco ad locū:ergo loci erit locus:
tale itaqʒ ſpaciū aut eſt aliud a locato:aut non:ſi
non:ergo locus eſt locatuʒ:ergo idem eſt in ſeip/
ſo ſicut in loco:ſi aliud:⁊ nō eſt ens indiuiſibile er
go eſt diuiſibile ⁊ extenſuʒ:⁊ nō magis ſm vnam
partē ꝗ̄ ſm aliaʒ:ergo eſt longū:latū ⁊ pfundū:
ḡ corpus:ḡ duo corpora erūt ſimul:verū morari
in hoc puto eſſe ſuperfluum.

¶ Textu ⁊ cōmento.38.39.cōcluditur locus eē
ſuperficies vltima corporis cōtinentis locatum:
ſylogiſmo hyppotetico diuiſiuo ī quo nō erāt po/
ſita ꝯdictoria nāliter:qꝛ non erat diuiſio bimem
bris:ſed quadrimēbris:⁊ ita locus ⁊ ſuperficies
nō differunt niſi ſicut ſuperius ⁊ inferius:cū oīs
locus ſit ſuperficies ⁊ nō ecōtra:⁊ ſi corpora na/
turalia habeant maiorem cōuenientiaʒ cum vna
ſuperficie quam cuʒ alia:hoc non eſt ratione ſu/
perficiei ſed merito virtutis preſeruatiue reper/
te in ſuperficie illa:ratione quarum virtutuʒ loca
ſpecie diſtinguūtur:⁊ eſt locus ſuperficies vt di/
cit reſpectuʒ ad locatum:vnde aduertenduʒ eſt
⁊ multuʒ vtiliter:vbi ⁊ locuʒ ſimul eſſe vnuʒ tota
lem terminuʒ motus localis:motus enim ad locū
pertinet ad predicamentuʒ vbi:quia locus eſt ter
minus vbi paſſiui:⁊ hec eſt cauſa ꝙ de vbi ⁊ lo/
co ſimul queritur:non quia ſint vna ⁊ eadeʒ res:
ſed quia ſe inſeparabiliter cōcomitātur:⁊ locus
eſt de rōne vbi cū ſit eius terminus:habitudo āt
reſpectus ad terminū eſſentialior eſt reſpectu ꝗ̄
habitudo reſpectus ad fundamentuʒ.

¶ Sententia textus cōmenti.40.talis eſt. Ui/
detur locus cognitu ⁊ compertu difficilis ob ma
ximaʒ quā habet cum materia:forma:vacuo affi
nitateʒ:⁊ addit cōmentator: non errauiſſent ve/
teres ſi fuiſſent imaginati ſuperficies vaſis cor/
rumpi:⁊ motuʒ columne cōſiderauiſſent in aqua
de loco ad locum:⁊ dicit Themiſtius:alioquin ⁊
ipſa ſucceſſio corporuʒ propter celeritatem ocu/
los hominuʒ preſtringebat: aer quoqʒ adiuua/
bat ⁊ prouehebat errōreʒ tanquaʒ inuiſus incor
poreuſqʒ ita illis non ſoluʒ termini ⁊ extrema va
ſoruʒ ſed ⁊ ſpaciuʒ interiacens locus eſſe neceſ/
ſario videbatur : nam interualluʒ illud quod in
cauea eſt ſine corpore eſſe ⁊ plane vacuuʒ puta/
bant:quod vt dixi tenuitas aeris ⁊ gracilitas fa
cit:propterꝗ̄ elementū illud minoreʒ ſenſuʒ quā
cetera inuebit:que pp inſigneʒ euidentiā ſui faci
le dignoſcunt:nec viſuʒ effugiunt.

¶ Sententia textus cōmenti.41.⁊42..talis eſt.
Locus eſt imobilis:nō eſt eniʒ locus vniuerſum
vas ſed introrſus extremuʒ cauee:huiuſmodi lo/
cus non ſimpliciter ſed per accidens delatilis eſt:
⁊ quēadmodum vas locus eſt mobilis:ita locus
vas eſt imobile cū.n.in re mota mouet quippiaʒ
vt nauis in fluuio:id qđ continet nauiʒ ſimilius ē
vaſi ꝗ̄ loco:nam locus cupit eſſe imobilis:⁊ meri
to:cuʒ terminus ſit ⁊ vna cuʒ re adſit cuius ē ter/
minus:ſunt nāqʒ extrema ſemp cū ea re cuius ex/
trema ſunt:⁊ addit cōmentator:ſi aliqđ mouetur
ad reʒ motaʒ:tunc motus eius eſſet ocioſus:ſi lo
cus moueretur eadē ſpecie motus:⁊ eadē veloci
tate:⁊ ratio eſt:quia res naturalis nunꝗ̄ attinge
ret locū:nunꝗ̄ ꝗ̄ quieſceret in eo.¶ Iteʒ ex quo
locus ſm ꝙ huiuſmodi eſt imobilis:erit totus flu
uius rōne imobilitatis magis locus ꝗ̄ ps fluuij:
vñ fluuius reſpectu locati eſt imobilis:nō ptes:
⁊ ita totū non mouetur reſpectu locati.¶ Quare
ex his oībus concluditur diffinitio cōpletiſſima:
vt locus ſit rei continentis extremū imobile pmū
proinde terra mediuʒ mundi completa infimus
locus vulgo exiſtimat:extrema vero ⁊ ꝯcaua lu/
ne ſupficies ſupremus:atqʒ id ppterea ꝙ vterqʒ
videt

videt imobilis:ſane vnus re vera imobilis ē.al/
tex ſenſus iudicat:in hec loca mouent ferūturqʒ
grauia ⁊ leuia.¶ Et addit cōmentator:deſcēdūt
grauia ad centrū:qꝛ ille eſt locus deorſum:nō qꝛ
ibi ſit terra:aut qꝛ ibi ſit finis aque:⁊ ſi nō:tuc ter
ra moueret ad aquā vbi eſſet finis eius:ſicut fer
rum mouetur ad magneteʒ vbicūqʒ fuerit:tanꝗ̄
ad finē illius in quo cōſeruatur ⁊ perficit nō mo
uetur aūt ferruʒ ad magnetē vt locatuʒ ad locū.
tum qꝛ in nimia diſtantia nō mouetur ad magne
tem.tum qꝛ ferrū magne quātitatis nō mouetur
ad eum.tum qꝛ ad magnetē oleo iniunctū nō ten
dit ferrum:vnde pars non mouetur ad totum vt
totuʒ ſed ſm ꝙ eſt in ſuo loco naturali: hec itaqʒ
eſt cauſa ꝙ elementa nō mouent ſm attractionē:
qꝛ nō mouerent ad locuʒ naturaleʒ a quacūqʒ di
ſtantia:neqʒ ſm expulſionē ⁊ impulſionē:qꝛ mo/
tus eorum nō eſſent naturales:eſt auteʒ impulſio
quādo mouens in toto motu nō ſeparatur a mo/
bili:expulſio qñ mouens ſeparatur a moto ante
finem motus:ſi ergo cōcauuʒ vnius elementi de/
beat locare aliud elementū:oportet ipſum eſſe in
certa determinataqʒ diſtantia a centro mundi ⁊
determinata ppinqtate ipſi celo:⁊ hec eſt cauſa
ꝙ ſitus talis ⁊ talis cauſa eſt cōſeruatiua eleme/
torꝝ.¶ Cōtra.4.celi.23.aer mouetur ad cōcauū
ignis ppter ſimilitudinē:ergo ſi ignis ponatur
in centro:aer ad ipm mouebit.¶ Solutio eſt:na/
turalius mouetur elementuʒ:ppter ſitum ꝗ̄ pp
ſimilitudinē in qualitate:ſemp tamen euenit ī re
ꝙ ſit⁹ ⁊ ſimilitudo ꝯueniāt.¶ Poſtremo ſubiun
git Auerrois:locum ⁊ locatuʒ eſſe relatiua:⁊ ſi/
multatem nature dandam eſſe loco qui eſt finis
corporis locantis.

Digreſſio prima.

¶ Nominales nō ꝯcedentes ſuperficiē diſtin/
ctam a corpore putauerūt locū eē corpus locās:
ideo ſenſus huius ppoſitionis:locus eſt vltimuʒ
corporis ꝯtinentis:eſt:locus eſt corpus cui⁹que/
libet pars vltima cōtiguatur locato:⁊ vocat vlti
ma pars quelibet pars que tangit aliud corpus
⁊ qꝛ locus equatur locato ſm longitudineʒ ⁊ eſt
imediatus ei ſm latitudinē ⁊ nō pfunditateʒ:iō
debet locus vocari ſuperficies ⁊ nō corp⁹.¶ Cō
tra vltimū ꝯtinentis eſt locus pprius: ſupra.33.
ḡ corpus locans cum nō ſit locus pprius nō erit
vltimū ꝯtinentis.¶ Iteꝝ omne corpus eſt per ſe
mobile:locus eſt imobilis per ſe:ḡ.¶ Rurſus lo
cus ⁊ locatū ſunt equalia:ſupra.30.corpus cōti/
nens nō eſt equale locato:ergo:quare tenēdū eſt
ꝙ locus pprius eſt vltima ſupficies corporis cō
tinētis ⁊ amplectētis locatū:ad quā merito talis
a celo diſtātie ⁊ ppinqtatis mouent corpora nā/
lia.¶ Itē locus ⁊ ſupficies faciūt ſpēs ꝗ̄titatis
diſtinctas:quatenus ſuperficies menſurat intrin
ſece:locus extrinſece:cum ſit in corpore locante.
¶ Item eſt locus formaliter habitudo quedam
a qua corpus locans denominat formaliter lo/
care:locatū formaliter tale eſt ab habitudine lo/
cati ad locans:illa vbi actiuuʒ:hec vbi paſſiuum
nominari conſueuit:⁊ ita locus fundamentaliter
eſt in genere quantitatis:formaliter in predica/
mento vbi.

Digreſſio ſecūda.

¶ Perſcrutāda eſt imobilitas loci. Exiſtimāt
aliqui ꝙ locus ſimplex vt eſt ordo ad vniuerſum
⁊ ad quattuor puncta vniuerſi ſit penitus imobi
lis:it aꝙ quocūqʒ loco aſſignato ī hemiſperio no
ſtro:ille ſic ſe habet ad illa quattuor pūcta ꝙ nul
lus alius locus pprius ſic ſe hʒ ad illa:cōcauum
quoqʒ lune ſemp eſt in eadē diſtantia ad centrū:
nec eſt in vno tpe plus ſurſuʒ ꝗ̄ in alio:locus vt
eſt ſupficies mobilis eſt p accidēs:⁊ ita ſtante vē
to eccleſia mutat locū materialiter ⁊ nō formalr.
¶ Sunt alij qui credunt ꝙ qñ corpus circūdās
locatum mouetur localiter ꝙ continue ſit alius ⁊
alius locus numero per equiualentiā:⁊ tñ locus
eſt imobilis:qꝛ locus corrūpit p hoc ꝙ ſubiectuʒ
eius mouet localiter.¶ Inueniunt qui aſſerūt lo/
cum eſſe imobileʒ per equiualentiā:hoc eſt ꝙ tm̄
valet locus ad ſaluandū oīa que pdicant de lo/
co:ac ſi realiter locus eſſʒ imobilis: ⁊ ita poſſunt
in eodeʒ loco ſibi ſuccedere diuerſa corpora loco
mutato ſicut poſſent ſi loc⁹ eſſet imobilis:poſſent
ēt ſaluari oēs loci ꝯditōes ſi locus eſſet ſimplr im
mobilis:ſi ergo aer circūdās me moueat: plura
loca diſtincta erūt vnus locus numero p equiua/
lentiā.¶ Quidā volunt locū eſſe imobilē mathe
matice:nāliter aūt mobilē.¶ Dico aūt ego ꝙ ele
menta oīa hñt loca determinata ⁊ ſupius ⁊ infe
rius vltra que nō mouent nāliter:vñ annihilato
per poſſibile celo ignis non tranſiret locū in quo
nunc eſt:⁊ poſita terra pforata ſm dyametrū trā
ſeuntē per centrū terre:lapis deſcendens nō de/
ſcenderet niſi vſqʒ ad centrū nāliter.¶ Ueruʒ nō
pua ē in dictis cōmētatoris pugnātia.4.celi.39.
vult aquā deſcēdere ad locū terre ſublata terra:
ex iclinatōe grauitatis ⁊ nō ex neceſſitate vacui.
¶ Cōtra ipſius aque ē locus deteriatus a nā ⁊ ē
vltima ſupficies terre ḡ non mouet aqua merito
ſue grauitatis ānihilata terra p poſſibile ad oc/
cupandū locū terre.¶ Itē eſſet aqua ſimplr gra
uis:ſi ex inclinatōe pprie ḡuitatis tēderet ad cē/
trū.¶ Solutio ē:aqua qꝛ facilius recipit impetū
deorſuʒ ꝗ̄ ſurſuʒ iō facili⁹ deſcēdit ad locū terre
remota terra ꝗ̄ ad locū aeris ſublato aere ⁊c.

¶ Tex.cōmen.43.44.45.46.

Dicamus nunc igitur.

Patefacit Ari.qualiter aliqd fit in loco ſm totū:ſm partē:p ſe:p accidēs: in actu ⁊ in potētia.

¶ Sententia aūt textus cōméti.43.ſtat in hoc: illud corpus extra qō altex corpus eſt ambiens eſt in loco per ſe ⁊ eſſentialiter.illud aūt extra qō nō eſt corpus non eſt ſm totū in loco eſſentialr:⁊ addo q licet quicquid ſit in loco per ſe habeat ex ſe corpus ambiens ipſum: non tñ omne corpus habēs extra ſe aliqō corpus eſt in loco per ſe:vt ſunt ſpere inferiores:⁊ dato q aqua eſſet totum vniuerſum ipſa non eſſet in loco ſm totuz ⁊ eſſet imobilis ſm totū:ſed eſſet in loco ſm ptes:⁊ moueretur ſm partes ⁊ circulariter:⁊ ſurſum ⁊ deorſum. ℣ Cōtra exēpluz arguit:partes aque non ſe habent ad quā ſicut locatū ad locū. ℣ Item ſi aqua eſt in loco per partes: ita ⁊ octaua ſpera. ℣ Dico q ſi aqua eſſet totū vniuerſuz: pars vna poſſet moueri ⁊ alia quieſcere:⁊ nō eſt ſic de partibus octaue ſpere.

Digreſſio Auer.

¶ Circa primā partē digreſſionis aduertendū q celuz capit ⁊ p cumulo ex orbibus:⁊ p firmamento:⁊ p toto vniuerſo:primo celi.55.76.96. celum ſtellatū eſt primuz mobile in ſe:ſed quo ad nos eſt vltimū:cui primo mobili demādat motus diurnus:imo certū eē dz tantū illū primo mobili quenire:⁊ hec eſt cā q dicebat cōmētator.12.metaphyſice.44.oēs intendunt motū diurnū qui eſt primi motoris actio.alij enim motᵒ ꝓprij ſunt ꝓpter iſtuz motū.cuilibet eniz planete quenit tm̄ vnus motus qui eſt ab oriēte in occidēte p meridiem:vnde prima intelligētia eſt ars vniuerſalis in mente intelligentiaꝝ ⁊ eaꝝ finis:cuiuſlibet enim motus celi deus eſt cā effectiua: ſed firmamenti imediata:remota planetaꝝ: ⁊ omniū ē cā finalis vltima:motuū aūt planetaꝝ ꝓprie intelligentie ſunt effectiua ꝓpinqua ⁊ fines nō vltimati:⁊.2.celi.42.71.primus orbis mouet alios orbes:q2 prima intelligētia eſt in medijs intelligentijs:ſicut intellectū in intelligente:⁊ ob hoc dicit mūdus ligatus potētia ſpirituali diuiſa in ſui toto:q2 intellectus in partibus orbis diuiſus eſt:⁊ alteri ⁊ alteri orbi alia ⁊ alia intelligentia diſtributa eſt ſm eſſe reale:quibᵒ deinde oībus prima eſt vnita ꝟz eſſe ſpūale tm̄:cū itaqꝫ celū ſit inſtitutum a natura ꝓpter ſtellaz:ergo vbi nō eſt ſtella ibi nō erit celū:ſz ſupra celū ſtellatuz nō eſt ſtella: ḡ celū ſtellatū erit primū mobile. ℣ Dubitatio ḡ Auer.eſt:octaua ſpera que nō eſt contenta quia nō accidit ei motus ꝓprius.i.motus raptus:vel motus alterius ſpere:q2 ſic cōtineret:vel q2 moueturper ſe ſuo,ꝓprio motu:vel nō accidit firma mēto motus ꝓprius.i.defectus manifeſtus ⁊ apparens:veluti planetis cito a reuolutionibᵒ deficientibᵒ:firmamētuz inquā aut nō eſt in loco:aut locus eſt inane ⁊ dimenſio.

¶ In ſcōa parte digreſſionis adducitur opinio Joānis grāmatici exiſtimantis vltimā ſperaz eē per ſe in loco:qm̄ in vacuo:qō credidit eſſe locuz: ⁊ nō fecit vltimū ꝙtinentis locū. ℣ Cōtra: ſi vltima ſpera eſſet in vacuo: extra illam dareē vacuū nō imbibitū corporibus. Itez Ariſtoteles docet celum ⁊ animā eſſe in loco per accidens:⁊ in hoc dubitauerūt oēs expoſitores quibᵒ diſplicuit dicere celum eſſe in loco per accidens.

¶ Circa tertiā partē digreſſionis aduertenduz Themiſtiū voluiſſe celū eſſe in loco per ptes. Tū q2 Ari.dixit q celū erat in loco ſm partes nō ſm totū. Tū q2 celum mutat locū ſm partes non ſm totū:ergo erit in loco per partes:tum q2 in motu celi ptes eius ſe hñt aliter nūc q̄ꝫ ꝓius ⁊ nō totū celū. Tuz q2 ptes celi ſibiinuicē ſuccedūt in eodē loco. Tū q2 totus orbis cū ꝟz ſe totū ſit imobilis: ⁊ quilibet orbis bēat motum ꝓprū quo nō moueturtotus orbis:totus orbis eſt in loco p partes ſuas:vnde quilibet orbis eſt in loco p partes que ſunt in cōcauo:ſed orbes planetaꝝ ſunt in loco:q2 ꝙtinenᵗ:ſm eniz Themiſtiū partes octaue ſpere ſunt in loco per totum:ſicut ⁊ habent motum in toto ⁊ ratione totius:⁊ habet celuz intrinſecas partes exiſtentes in loco:non q celuz ſit in loco per illas:ſed eſt in loco per illa que ambit:⁊ per ſperā ſaturni circa quā reuoluiᵗ:⁊ partes cōcaue ſunt in loco totius imediate:quia ſunt contacte a loco ſuo qui eſt locus totius:conuexe ſunt in loco totius mediate:quatenus ꝙtinuantur cū concauis:quare erit ſuprema ſpera in loco rōne partiuz:⁊ addit cōmentator motum diurnū eſſe totius orbis eſſentialiter ⁊ nō ſtellati tantum ſm ſcientiaz naturalē:⁊ hoc dicit q aſtronomi dant cuilibz planete duos motus re diſtinctos. Auerois autem ſentit planetas moueri tantum vno ſimpliciſſimo motu:ab oriente.ſ.in occidēte:mouet eniz prima intelligētia oēs orbes ⁊ effectiue ⁊ finaliter.pōt enim deus in eſſe intētionali prīncipiare motū qualē principiat in eſſe reali:forme enim abſtracte q2 bñt idem eſſe in anima:⁊ extra animā ſunt principiū ,ductiuū earū opationuz in ſuo eſſe intētionali:quaꝫ ſunt principiū in eſſe reali:dicunt itaqꝫ orbes planetaꝝ moueri effectiue ab intelligētijs ꝓprijs ⁊ a pria:⁊ cū motᵒ eoꝝ ſint ſimplices:ſunt ab vno principio tm̄:⁊ nō pugnant hec adinuicem:planete mouentur ab vno principio

principio tantū:⁊ mouenᵗ a pluribus motoribus effectiue:vñ exiſtimo aliqua dici moueri ab vno principio tm̄:qñ principio intrinſeco actiuo motus:nihil intrinſecū reſiſtit trahens ad oppoſitū: q2 igit orbes celeſtes nō inclināt in oppoſitū motum datū ſibi ab intelligētijs ꝓprijs dicunᵗ moueri ab vno ꝓncipio tm̄:hec de opinione Themiſtij cui aſſentit ſanctus Thomas.

¶ In primis format Auerrois contra Themiſtiuz hāc conſequētiā:celuz moueē ſm partes:ergo ſm totū:q2 totuz nihil aliud eſt q̄ꝫ partes:motus eniz nō attribuit toti niſi ſm q totū eſt in ſuarum partiū integra collectione. ℣ Reflecto rōez ꝓtra cōmentatorē.2.celi.51.ſpera moueē ſm ptes: nō ſm totū. ℣ Item.2.celi.108.terra eſt generabilis quo ad partes:nō ſm totū. ℣ Itez fluuiē moueē ſm ptes:nō ſm totū:ſupra.41. ℣ Inſup rō Themiſtij eſt ratio Ariſto.43.vniuerſuz eſt tm̄ in loco p partes:q2 partes eius ſunt in loco:q2 mouētur localiter:ergo octaua ſpera erit in loco p partes:quia partes eius ſunt in loco:q2 mouētur localiter. ℣ Dico q ſnīa Auerrois eſt:totum nihil aliud eſt q̄ꝫ ſue partes quantū ad denominatōez alicuius abſolute dicti:ideo ſi ptes diuiſiue moueantur:mouetur ⁊ totuz:totuz eniz ⁊ partes ſunt eiuſdem nature quantū ad abſoluta: nō quantū ad reſpectiua:valet ergo quelibet pars quātitatiua celi mutat locuz ergo ⁊ totuz celum nō tamē valet:quelibet pars celi mutat locuz ſm mām:ḡ totum celuz mutat locuz ſm materiā: hec eſt doctrina cōmentatoris.6.phyſicoꝝ.85.8.phyſicoꝝ 76.quieſcit celuz ſm ſubiectū:⁊ ad hoc q oppoſita priuatiue ſint apta fieri circa idez: ſufficit celum moueri ſm partes ſm ſubiectū:quare lz motus partium faciat totū moueri:non tñ opz vt eo modo penitus moueanē partes ⁊ totum. ℣ Preterea aſſero totā terram generabilez eſſe atqꝫ corruptibilez:non tñ ſm ſe totam ſimul. ℣ Ulterius nō valet:partes fluuij mouenᵗ reſpectu nauis:ḡ ⁊ totus fluuius:quēadmodū nō valet. Quelibet pars eſt minor toto ergo ⁊ totuz eſt minus toto. ℣ Poſtremo vniuerſum pōt eſſe in loco per partes:nō tamen octaua ſpera:totuz eniz vniuerſuz ⁊ tota ſpera celeſtis ſunt in loco per partes:non tamen octaua ſpera:vniuerſuz etiam moueē per partes:q2 partes eius cōparate adinuicez ⁊ ad totum vniuerſum nō ſeruant eundē ordinē: ideo vniuerſuz non eſt in loco ſm totum:nec mouetur ſm totum:veluti octaua ſpera:cuz itaqꝫ tres ſint modi eſſendi in loco: videlicet per ſe:per partes ⁊ per accides ſm Ariſtotelem:ſententia Themiſtij ſtare non poterit.

¶ Circa q̄rtā ptez digreſſionis:attēdēdū i primis rectitudinē dimēſionū attēdi:ñ penes copis figurā:ſed q2 ſunt corpora determinātia ſibi motum nō ſpericū:voluit ḡ Auempace ſupremū orbem eſſe in loco p ſe p ſuperficiē quexā ſaturni circa quā mouēᵗ:ſi.n.aliqd alicui cōpetit vt aptū natū eſt ei cōpetere:illi cōcediᵗ per ſe:⁊ cū octaua ſpera ſit in loco:vt ipſa apta nata eſt eē in loco:ideo ipſa erit in loco per ſe: quare ſuprema ſpera erat in loco per ſe ſm totam:⁊ planete erant in loco: non quia continerētur:q2 accidit ſpere vt ſpa eſt ꝙtineri:ſed quatenus quilibz planeta reuoluitur circa conuexū ſpere que imediate eſt intra eam. Reprobatur hec opinio. ℣ Tum q2 Ariſtoteles facit octauā ſperam eſſe in loco p accidens. ℣ Tū q2 locus nō eſſet equalis locato: q2 cōuexū ſpere cira qō reuoluiᵗ ſpera nō ē equale niſi ſuperficiei cōcaue ſpere que reuoluiᵗ circa illud cōuexuz:ergo cū locus ſit equalis locato:adhunc ſenſuz:q2 oēs ſupficies eius ſunt equales oībus ſupficiebᵒ locati:infertur cōuexū ſpere inferioris non poſſe locare ſperā ſupioreꝫ:locatū.n.eſt in loco ſm maximā quaz hz ſuperficiem:⁊ addit Auer,eq̄litas inter locū ⁊ locatū eſt in cōtinentia:ſic q ꝓcciſe quātuz ꝙtinet locus:tm̄ eſt locatū:⁊ quantū eſt locatū:tm̄ eſt locus ꝙtinēs: nō regriᵗ aūt equalitas in quātitate inter locum:⁊ locatum. ℣ Tum quia locus non contineret locatū:imo ꝙtineretur locus a locato.

¶ Est plane diligéter aduerm ꝙ resistétia ĩtrinseca repit̃ soluꝫ in his q̃ diuidunt̃ ĩ pté p se motá ⁊ pteꝫ p se mouété: ea aũt sunt q̃ ex forá ⁊ corpe có/ponunt̃:⁊ cũ eleméta ⁊ mixta inaiata nó ꝯstituũ/tur ex forma ⁊ corpe:neqꝫ in pté p se motá diuidá tur ⁊ pté p se mouenté est tenédũ ĩ istis inaiatis nó ꝓprie reperiri resistétiá intrinsecá:mixto náqꝫ inaiato debet̃ locus ⁊ mot⁹ róe eleméti dominantis in eo ⁊ exñtis in eo actu:nó róe alioꝝ exñtium ibi in potétia:alicui.n.inq̃ꝫtũ hꝫ esse ĩ potétia nó ꝯpetit locari:nec náliter:nec violéter:in aialibus subcelestib⁹ est resistétia ĩtrinseca:qꝛ g̃uitas cor/poris aie subiecti inclinat ad motũ deorsuꝫ ⁊ illo motu mouere pót:⁊ huic nr̃e snĩe fauet fundatis/simus doctor Egidius dicés:mot⁹ aialis ab aia mediáte appetitu ĩ vacuo é successiu⁹ at si aial cadit de alto deorsuꝫ in vacuo:mot⁹ ille momẽtane⁹ existit:ibi.n.nihil eét p qd̃ mobile resisteret mouẽti:⁊ in tali motu idé é iudiciũ de aiali ⁊ alijs gra/uib⁹ ⁊ leuib⁹.⁊ hec é cá ꝙ soleo dicẽ eleméta do/minata in mixto nó resistere eleméto dñanti:eaqꝫ in mixto hꝛe eé in potétia tm̃:⁊ quéadmoduꝫ mã prima nó resistit:qꝛ suũ esse é potétiale:ita elemẽta dñata nó resistũt:cũ eoꝝ eé in mixtis sit potentiale.¶ Rursus velocitas in motib⁹ cuꝫ héat mẽsurari penes ꝓportioné potétiaꝝ motiuaꝝ tota/liuꝫ in cóparatóe ad suas itegras cópletasqꝫ resistétias:ad húc sensum multe hinc inde Aristo.⁊ Auer.snĩe referéde erunt:cóstat.n.ꝙ nó est talis ꝓportio motuũ iter se:q̃lis é ꝓportio potétiaꝝ mouétiũ inter se:ꝓportio quoqꝫ velocitatũ ĩ mo/tib⁹ nó insequit̃ ꝓportóeꝫ resistétiaꝝ inter se:⁊ lꝫ sepenũero ex diuersitate ꝓportóis resistétiaꝝ iu/dicem⁹ velocitaté ⁊ tarditaté mot⁹:h̃ tñ nó é:nisi quaten⁹ ille resistétie inter se ꝓportionate poten/tijs motiuis cóparant̃ ꝭm maioré vel minoré ꝓ/portóeꝫ:⁊ q̃ñcũqꝫ Ari.⁊ Auer.asserũt ꝓportio/neꝫ velocitatũ in motib⁹ mẽsurari penes proportioné excessuũ:id de excessu geometrico nó arith/metico intelligédũ est:veꝝ ð his in calce.7.phy. abũde tractabitur.

¶ Tex.cómen.76.77.78.

Et cum aliquis fuerit.

Oñdit Ari.pñti pte vacuũ sepatũ nó posse ꝯsti/tui:⁊ ró.76.stat ĩ h̃ necesse é ptẽ corpis recipiétĩ cedẽ igrediéti:⁊ tm̃ illi⁹ abire q̃ꝫtuꝫ accedit:cedit aũt corp⁹ receptiuũ aut p ꝯdésatóeꝫ aut p motuꝫ localé ei⁹ náleꝫ:ꝯstat vo vacuũ nó eé corp⁹ désa/bile:aut mobile motu locali g̃ vacuũ nó erit rece/ptiuũ alicui⁹ corpis.¶ Rursus ꝯcesso vacuo se/parato qd̃ nec ꝯdésari nec trásferri pót:duo erũt in eodé loco corpa:⁊ tria:⁊ 4or:demũqꝫ infinita: corp⁹ náqꝫ nó occupat locũ:⁊ nó resistit alteri corpori róe q̃litatũ:ſꝫ róe dimésionũ: dimésiones.n. suapte ná nó pmittũt secũ alias dimésióes: pp h̃ ꝙ dimésióes simul cũ alijs dimésióib⁹ eé nequnt: g̃ fatétes vacuũ sepatũ nó cedẽ igrediéti: affir/mát dimésióes igrediétis simul eé cũ dimésióib⁹ vacui:vñ aq̃ relicta p intellectũ sibi sola q̃ꝫtitate: tm̃ loci p̃cise occuparet: ⁊ tm̃ alijs cedẽt corpib⁹ quantũ si ceteris accidentib⁹ subiceret̃:⁊ dato ꝙ dimésióes vacui eént simul cũ dimésionib⁹ corporis nális:essent tñ re seiuncte;non qꝛ essent in alio

situ:sed qꝛ dimensiones vacui essent sepate a pas
sionib⁹:dimẽsiones vo corporis nãlis q̃litatibus
sensibilib⁹ copulate iuenirent.¶ Ampli⁹ rõ.77.
talis est:si ꝯcedat vacuũ separatũ in q̃ recipiant
corpora nãlia:infert p⁹ loca eẽ actũ ĩfinita: ifert
2⁹ eq̃litatẽ loci eẽ eq̃litatẽ quãtũ ad dimẽsiones.
¶ Itẽ cũ vacuũ nullaten⁹ appareat:supfluuz vꝫ
esse:addit Auer.78.aer sentitur ſm tactum esse
corpus:⁊ si ſꝫ visuz existimet nihil eẽ:cũ nõ hẽat
colorẽ:⁊ visus cõprehẽdit colorata:⁊ silr reputa
ret si spissitudo ei⁹ eẽt in duritie ferri:iudicare.n.
de tãgibili nõ ẽ p visuz sꝫ p tactũ.i.aer ẽt si sit illu
minat⁹:cũ sit corp⁹ trãsparẽs:nõ teriat visuz:sed
põt tactũ teriare:⁊ si essꝫ spissus ⁊ trãsparẽs pos
set tactũ ⁊ nõ visuz termiare: hacten⁹ est declara
tuz vacuũ nõ esse separatuz.

Digressio.

¶ Quia Aristo.arbitrat nõ eẽ ꝯcedẽdũ corp⁹
collocatũ eẽ in corpore:⁊ dimẽsiões se penetrare
pluraq̄ʒ corpora eẽ simul:iccirco dubitat vtrũ pe
netratio dimẽsionũ sit possibilis.¶ In primis vꝫ
ꝙ sic.Tũ qꝛ:quelibꝫ ps q̃titatiua mixti ẽ mixta:
⁊ remanẽt elemẽta formalr i mixto ſꝫ Com.ḡ in
qualibꝫ pte mixti sunt q̃ttuor elemẽta:ḡ ⁊ q̃ttuor
corpora.¶ Tũ qꝛ:in q̃cũq̄ʒ pte ferri igniti est fer/
rũ ⁊ ignis ḡ duo corpora:⁊ in q̃uis pte alicui⁹ p/
mixti ex vino ex cibo ẽ vinũ ⁊ cib⁹ ergo plura cor
pora.¶ Tũ qꝛ si penetratio dimẽsionũ nõ eẽt pos
sibilis:h eẽt pp rõeʒ Arist.dicẽtis oĩa i corpe q̃/
tũcũq̄ʒ puo iueniri posse ꝯcessa corpoꝝ penetra/
tione:ꝯstat aũt h nõ eẽ absurdũ ſꝫ fidẽ:qꝛ Deus
cũcta penit⁹ abolere põt saluato h lapillo:q̃ scõ:
qcqd eẽt:esset ille lapillus:vel in ipso lapillo.
¶ Ad oppositũ est cõis oĩuz pipateticoꝝ snĩa:
⁊ fundamẽtũ ẽ:lapis hic tm̃ precise loci obsidet:
quãtũ eius dimẽsio exposcit:⁊ loc⁹ talis amplio/
ris corporis nõ est receptiu⁹:ergo aliud corp⁹ lo
cũ illũ nequaquã occupare poterit.¶ Neq̄ʒ pria
rõ ꝯcludit:si.n.elemẽta mixtionẽ ꝯpleãt: h pacto
vt tria agãt in q̃rtũ:itaq̄ꝫ mã stans sub forma ter
re integerrima paulopost sub formis elementoꝝ
trũcatis repiat vicẽ vnius forme supplentibus
euitat penetratio dimensionũ ⁊ saluat quãlibet
ptẽ mixti eẽ mixtã.si vo elemẽta ad mixtionẽ con
currãt:tali mõ vt i q̃libꝫ pte mãe mixti sit tm̃ vna
forma elemẽti ⁊ forma mixti:penetratio dimẽsio
nũ nõ colligit:⁊ quelibꝫ pars mixti erit mixta:nõ
exñtib⁹ in q̃libꝫ pte mixti q̃ttuor elemẽtis:sꝫ eniꝫ
q̃litates ꝯrie ſm ḡdus remissos sint in eodẽ sub/
iecto adequate cõpossibiles:plures tñ forme ele/
mentoꝝ sbãles nullaten⁹ eandẽ mãꝫ simul infor/
mare pñt.¶ Ad scdam:in ferro nõ ẽ ignis:sꝫ ca/
liditas ibi ꝓducta potẽtissima ẽ ad agendũ rõne
dẽsitatis mãe:neq̄ʒ vinũ in cibo suscipit sꝫ humi/
ditatẽ põt a vino recipe.¶ Ad tertiã:qcqd sit te
nendũ ſm fidẽ:palã est Aristotelẽ voluisse dimẽ
siones nec̃io locũ occupare:siue cũ q̃litatib⁹: siue
absq̄ʒ q̃litatib⁹ itelligerent:imo iplicat pipateti/
ce loquẽdo:h corp⁹ cubũ eẽ in aq̃:⁊ latera aq̃ nõ
distare:neq̄ʒ igit vacuũ:neq̄ʒ penetrationẽ dimẽ
sionũ pmittit nã:sed d his satis diximus ꝓ loci ⁊
tpis oportunitate.

¶ Tex.com̃.79.vsq̄ʒ ad 86.

Ex his igit declarabit.

Intentio Arist.pñti pte est oñdere nõ esse vacuũ
corporib⁹ inditũ:qd qdẽ vacuũ antiq colligebãt
ex cõpressione ampliationeq̄ʒ corpoꝝ:si nãq̄ʒ va/
cuũ nõ est:nõ est rarũ ⁊ dẽsuz:sꝫ ẽ cõpressio quo/
tiẽs corp⁹ ex ãplo tumore in exiguũ residet:ãplia
tio quotiẽs de exiguo in amplũ attollit:ergo ne/
cesse ẽ vacuũ eẽ reb⁹ imixtũ:vñ sublata ꝯdẽsatõe
⁊ rarefactõe:aut tollit gñatio:aut vniuersuz totũ
mutabit:aut gñatũ ⁊ id ex quo sit gñatio semper
eq̃lis iuenirent q̃titatis:ergo cũ esset nec̃iuz sal/
uare ꝯdẽsatõeʒ ⁊ rarefactõeʒ:⁊ euitare tria incõ
ueniẽtia adducta:visuz ẽ antiqs vacuũ eẽ corpo
rib⁹ imbibitũ:⁊ hec rõ antiq̃ꝝ hꝫ.79.¶ At.80.
oñdit vacuũ nõ eẽ ibibitũ corporib⁹ ab oĩ corpe
sepatũ:qꝛ dimẽsiones sunt accñia ⁊ nequeũt acci/
dẽtia p se existere:ergo nõ pñt eẽ dimẽsiones se/
pate a corporib⁹.¶ Qd si vacuũ nõ sepatũ sꝫ in/
sertũ isper sũq̄ʒ raris corporib⁹ velint:q̃q̄ʒ veri/
similius aliquãto:nõ tñ vere loquunt:primum ex
ea snĩa euenit:vt cã nõ cuiusq̄ʒ delatõis cã sit:sed
eius dũtaxat q̃ supna spectat.¶ Itẽ non queãd/
modũ loc⁹ cã motus est:ita vacuũ faciũt cãꝫ mo/
tus:vacuũ.n.cũ sit leue:⁊ leuitas mouet sursuz:ḡ
⁊ vacuũ sursuz mouebit:⁊ si vacuũ sursuz ferat:
vacui erit loc⁹:⁊ vacuũ: i quo vacuũ qd fert reci
piat:sꝫ satisfaciat vacuũ motui leuiũ:q̃uib⁹ nũq̄ʒ
satisfaciet.Deide si q̃ qcq̄ʒ rarius ⁊ inanius est:
eo ocius euolat:manifestũ est ipm inane esse ocis/
sime euolaturũ:at i vacuo motũ assignare nõ lꝫ:
neq̄ʒ tps in q̃ ille mot⁹ exercẽt:naꝫ simul tps de/
deris:vacuũ hẽbit ad plenũ ꝓportõeʒ.¶ Tãdeꝫ
84.⁊.85.nitit Ari.saluare rare^cm ⁊ ꝯden^cm absq̄ʒ
ꝑsidio vacui:cũ sit rarefactio motus mãe ad ma/
ioreꝫ terminũ q̃titatis:⁊ ꝯdensatio mot⁹ mãe ad
minorẽ terminũ q̃titat]:veꝝ i declarãdo cõmẽtũ
84.⁊.85.multa de rarefactõe ⁊ ꝯdensatione at/
tentõe dignissima ⁊ scitu ꝓfundissima apient.
¶ Auer.cõmẽto.84.paulo altius exordiẽdo p̃/
mo dicit:vnã eẽ oĩuz ꝯrioꝝ mãꝫ:sunt.n.ꝯria nata
fieri circa idẽ:⁊ est eadẽ mã cuiusq̄ʒ nãlis ꝯrieta/
tis ſm essentiã:variata tñ ſm esse.¶ Itẽ cũ aliqd
generat:

generat:actu generatũ generat ex eo ꝙ ẽ in potẽ
tia p̃ter alicui⁹ extrinseci additionẽ:act⁹.n. totus
est in potẽtia in mã:⁊ peculiare est agẽtis officiũ
educere de potẽtia ad actũ id qd ẽ in mã.¶ Iteꝝ
mã nõ separat ab altero ꝯrioꝝ:qꝛ in pdẽdo vnuꝫ
ꝯriũ acqrit aliud:⁊ lꝫ re mã a formis nõ seiũgat:
essentia tñ eius alia est ab essentia formaꝝ.¶ Se
cundo format Auer.istas ꝯñtias:raꝝ ⁊ densum
sunt ꝯria in q̃titate:cũ translatio corporis de ra
ritate in densitate sit translatio de maiori q̃titate
in minorẽ ⁊ ecõuerso:ḡ mã raritatis ⁊ densitatis
est eadeꝫ:ḡ idẽ corpus numero trãsfert de mino
ri q̃titate in maiorẽ ⁊ ecõuerso:ḡ mã põt denu/
dari a termino maioris q̃titatis ⁊ recipe termi/
num minoris ⁊ ecõuerso:ergo mã recipiet ꝯria ex
eo qꝛ est in potẽtia ꝯria:nõ actu.¶ Cõtra:dꝛ hic:
rarũ ⁊ densuz sunt ꝯria in q̃titate.7.physicoruꝫ
15.raritas ⁊ densitas sunt q̃litates sequẽtes cali/
duꝫ ⁊ frigidũ:⁊.2.de gñatõe.15.dicebat:⁊ visuz
est q̃m nõ tacuit raritatẽ ⁊ densitatem nisi pp hoc
ꝙ sunt qualitates nõ actiue ꝯsequẽtes calorem ⁊
frigus:ergo si raritas ⁊ dẽsitas sunt qualitates:
rarefactio ⁊ ꝯdensatio erũt motus ad q̃litates ⁊
nõ ad terminos q̃titatis.¶ Solutio est:augmen
tatio ⁊ diminutio q̃ p appositionẽ ⁊ defectioneꝫ
noue substãtie cõmittunt solũ viuẽtib⁹ subcelesti
bus ꝯcedunt augmentũ vero ⁊ decrementũ ꝯsti/
tuta p maiorẽ aut minorẽ partiũ mobilis extẽsio/
nem ⁊ viuentib⁹ dant ⁊ nõ viuentib⁹:⁊ dicuntur
rarefactio ⁊ ꝯdensatio:vnde extensio est modus
intrinsecus q̃titatis a qua formalr quãtitas ap/
pellat extensa:ad quã extensionẽ rarefactio ter/
minat:⁊ ita rarefactio est motus de minori exten
sione ad maiorẽ:⁊ cũ ad iterrogationẽ de prima
substãtia pp istã mutationẽ varientur termini de
predicamẽto quãtitatis conotãtes mẽsurã:hinc
est ꝙ rarefactionẽ ⁊ ꝯdensationẽ ad pdicamẽtũ
quãtitatis sepenumero ptinere affirmat.Quate
nus vero raritas ⁊ densitas insequũtur determi
natas partiũ corporis habitudies:sic sunt rare/
factio ⁊ ꝯdensatio motus ad qualitatẽ.Querẽti
n.quale est hoc:satisfacimus asserẽtes illud esse
rarum aut densuz:⁊ lꝫ Marsilius:primo de ge/
neratõe qõe.15.putauerit eãdẽ mutationẽ eẽ al/
terationẽ ⁊ augmẽtũ veluti eadẽ mutatio est ge/
neratio ⁊ augmẽtatio:qꝛ tñ existimo mot⁹ differ/
re penes terminos ad quos tendunt: iccirco ſm
multitudinẽ termioꝝ ad quos debent mutatiões
numerari:sed qcqd sit ꝯstat ꝙ eadeꝫ q̃titas sub
parua extẽsione p rarefactõeꝫ efficit sub maiori:
nõ ꝙ hec ꝓpositio sit vera.Quantitas maior est
quãtitas minor q̃uis q̃titas maior fuerit quan
titas minor:vñ nõ vꝫ iste modus arguẽdi:perma
net eadẽ quãtitas q̃ prius:⁊ quãtitas prior erat
pedalis:ḡ ⁊ pñs q̃titas pedalis erit quãtitatis.
¶ Tertio loco Auer.intẽdens declarare ꝙ rare/
factio ⁊ ꝯdensatio nõ fiebant ptibus extrinsecis
adueniẽtib⁹ ad foramina:neq̄ʒ ptib⁹ exeuntibus
ab illis foraminib⁹:oñdit ꝙ rarefactio ⁊ ꝯdensa/
tio fiunt:veluti fit augmentũ ⁊ intensio:transfert
eniꝫ mã de minori q̃titate in maiorẽ nulla q̃tita
te in actu adueniẽte:⁊ silr mã venit de hac calidi
tate ad maiorẽ caliditatẽ nullis partibus calidis
actu adueniẽtib⁹:⁊ affert in hac re ita difficili h
exemplũ:accipias circulũ ⁊ ipsuz incipias incur
uare ⁊ cõtinue reddas eũ maioris incuruatõis:
tunc palã est totũ circulũ ⁊ quãlibet ei⁹ partẽ ma
ioris esse incuruatiõis: nullis ptibus curuis sibi
additis:nõ.n.habuit circulus ille prius ptes re/
ctas aut curuas aliquas determiatas quib⁹ su/
peradderent noue ptes ab extrinseco maiorẽ cõ
stituentes icuruatõeꝫ:sꝫ curuitas maior. q̃ in cir/
culo erat in potẽtia ad actũ redigebat:at si circu
luꝫ incuruatũ rectificares:fieret in eo minor cur/
uitas:nullis ptib⁹ ab eo sublatis.¶ Ex his colli
gunt iste ꝓpositiones. Pria est:nõ perit q̃titas
minor in aduẽtu maioris.Scda est:eadeꝫ forma
numero que pri⁹ erat remissa paulopost inuenit
intẽsa.Tertia ẽ:rarefactio ⁊ ꝯdẽsatio repiri pos/
sunt absq̄ʒ presidio vacui.Quarta ẽ:caliditatẽ ⁊
frigiditatẽ comitant raritas ⁊ densitas in elemẽ
tis:densitatẽ vero grauitas ⁊ durities:raritateꝫ
leuitas ⁊ mollities insequũtur ꝓ maiori pte:⁊ dꝛ
pro maiori parte qꝛ plumbũ est grauius ferro:⁊
est magis rarum.

Digressio prima.

¶ Quia hac sũma sepenumero facta est mẽtio
de rarefactõe ⁊ ꝯdensatõe:iccirco opepreciũ est
vt declaret prio vnde hẽat mobile ꝙ rarefieri ⁊
ꝯdensari dicat.secũdo vt difficultates inducant
⁊ soluant.¶ Quãtũ ad primũ est primit⁹ aduer/
tendũ:iste ꝯñe tenẽt:põt mã informata forma ter
re vel aque informari fora aeris vel ignis ḡ rare
factio ẽ possibilis:pt mã iformata formis elemẽ/
toꝝ leuiũ pfici formis elemẽtoꝝ grauiũ ḡ ꝯdẽsa/
tio est possibilis.¶ Secũdo obseruãdũ nõ iõ mo
bile rarefieri dꝛ:qꝛ occupet maiorẽ locũ q̃ꝫ prius:
stat.n.viuẽs augeri:maiorẽq̄ʒ locũ sibi vẽdicare
⁊ id ꝯtinue densi⁹ ⁊ dẽsius iueniri.¶ Itẽ neq̄ʒ oꝫ
corp⁹ rarefieri mã ei⁹ maiorẽ locũ q̃ꝫ pri⁹ occupã
te:si nãq̄ʒ corp⁹ spicuꝫ fiat 4^or supficieꝝ:mã hui⁹
corporis maiorẽ occupabit locum q̃ꝫ prius absq̄ʒ
rarefactõe:imo pt euenire ipꝫ ꝯdẽsari ⁊ maioreꝫ
possidere locũ q̃ꝫ dũ erat spericũ.¶ Itẽ si deletuꝫ
esset aque elementũ:⁊ aer locũ illius impleret:⁊
rarefieret ignis v̄sus concauũ:adeo ꝙ supficies
ignis ꝯcaua plus distaret a celo q̃ꝫ prius:⁊ plus

centro ꝑpinquioꝛ efficereꝯ:hoc casu aer est factꝰ rarioꝛ:ꝛ minoꝛē tenens locū ꝗs ꝓius:ꝓius.n.cō cauo ignis amploꝛ:ꝛ cōuexo aque circūscribebaꝯ: nūc cōcauo ignis cōpꝛessoꝛ:ꝛ cōuexo terre locaꝯ. ℣ Iterū nō ex hoc dꝫ coꝛpꝰ rarefieri:qꝛ ptes eius extremales magis distent a medio ꝗs ꝓiꝰ stat.n. coꝛpus extēsibile fieri dēsius ꝛ densꝰ ꝛ extrema illius inueniri distātioꝛa a medio ꝗs ꝓius: quare vera cā cur aligd rarefit est:qꝛ figura eiꝰ nō variata:oīum duaꝝ partiū puncta remotioꝛa fiunt ꝗs ꝓius:ꝛ hoc ꝑm omnē dꝑametrū:non addita: neqꝫ sublata materia.

¶ Pro expeditōe secūde ptis sit hec ꝓima difficultas:nunqd pedale cuiꝰ medietas fit rarefcā ꝛ alia ꝙdēsata equaliter:mereaꝯ dici rarefactū ꝛ nō rarefactū. ℣ Solutio é:esset illud coꝛpꝰ rarefactū ꝛ nō rarefactū collectiue:ꝛ esset illiꝰ coꝛporis plus ꝗs eius medietas rarefacta:imo assignata quacūqꝫ pte rarefacta esset inuenire ptē maioꝛē rarefactā. ¶ Scōa difficultas é:nūqd possit aliqō coꝛpꝰ vnifoꝛmiter rarefieri. ℣ Soꝛo é:qꝛ pōt agens rarefactiuū equaliꝛ applicari coꝛpoꝛi ampliando ꝛ ptibꝰ:iō pars affirmatiua difficultatꝫ est vera:vex tñ é ꝙ stāte vnifoꝛmi rarefatōe partes rarefactibilis diffoꝛmiter mouenꝯ:qꝛ partes coꝛporis distātes a medio mouenꝯ velociꝰ ptibꝰ: ꝑpinqꝫ centro:cū moueanꝯ ꝛ ꝑpꝛijs rarefactōnibus ꝛ ab alijs ptibꝰ:ꝛ hec est cā ꝙ soleo ꝙcedē hāc ꝙnam:hoc vnifoꝛmiter rarefit ℊ diffoꝛmiter mouef ꝑm eiꝰ ptes. Si qs desideret copiosꝰ vidēre de rarefactōe ꝛ ꝙdensatōe legat sophysma 31ᵐ. Hētisberi logici perspicacissimi: hec pauca sufficiant ꝑ opoꝛtunitate loci ꝛ temporis.

Digressio secunda.

¶ Quia Coñ.dicebat.84.coꝛpꝰ calidū trāsfertur in maioꝛē caliditatē nullis ptibꝰ calidis i actu adueniētibꝰ ſz ex intensione ipsius caliditatis:ꝛ itexꝫ dicebat:ex calido fit magis calidū nullo fcō in mā calido:qō nō eēt calidū:qñ erat minꝰ calidū:ex quibꝰ ꝟbis vꝫ velle Coñ.ꝙ in tali intēsiōe caloꝛis nō aduenīat nouꝰ caloꝛ subiecto:ſz ꝓioꝛ tantūmō pficiaꝯ ꝛ vigoꝛeꝯ:nō pñti digressione nō possuꝫ nō declarare qd in augmēto:ꝛ in itēsione acgraꝯ:qd depdaꝯ:ꝛ in ꝓmis aduertēdū ꝙ suscipe magis ꝛ minꝰ inq̄tū vꝫ tñ:q̄tuꝫ intendi ꝛ remitti ꝑm quādā vigoꝛationē ꝛ pfectōez itrinsecaꝫ:ꝙcediꝯ q̄litatꝫ ꝛ in abstracto ꝛ i cōcreto ꝓime:secūde ꝛ tertie nō q̄rte spēi:ꝫ fundameto q̄litates:ō q̄rta spē ex sui foꝛmali rōe sunt termini ꝛ fines q̄titatis:alie q̄litates nō bñt rōez finis:nec termini:ꝑcisa aūt cā suscipiēdi magis ꝛ minꝰ est latitudo quā hꝫ forma in essentia sua ad gradus fluentes ꝛ refluētes:vñ soleo dicere ꝙ nulla soꝛa suscipit magis ꝛ minꝰ ꝑm rōez spēi:qꝛ rō spēi accipiꝯ a dīa specifica:dīa aūt specifica cōsistit in indiuisibili:sed bñ forma suscipit magis ꝛ minus quo ad ptes ꝑm spēm:nō quo ad ptes ꝑm mām: ꝛ rō est:pꝰ de gnātione.33.35.qlibet pars auctī aucta ꝑm spēm nō ꝑm mām:vocanꝯ aūt ptes ꝑm spēm q̄ sunt ptes rei vt ꝙstituiꝯ in tali esse specifico:veluti crus ꝛ digitꝰ ptes exposcūt deteriatas sine quibus eoꝝ forma saluari nō posset:ptes ꝑm mām sunt ille sine qbꝰ possunt crus ꝛ digitꝰ pmanere ꝑm spēm cruris ꝛ digiti:vt ille que fluunt ꝑ macerationē ꝛ ipinguationē:ℊ cū q̄libꝫ ps aucti fit aucta ꝑm spēm nō ꝑm mām:q̄libet ps forme intense erit intēsa ꝑm spēm nō ꝑm mām:ergo quē admodū auctū manet idē in toto augmēto:ita q̄litas intensa pmanet ꝑm suā essentiā in esse intēso ꝛ fixo in tota intēsione ꝛ remissione. ¶ Scōo principaliꝫ notañ.arbitrāꝯ qdā acutissimi expositoꝛes ꝙ qlibꝫ ℊdus nouū ꝙstituat idiuiduū:itaꝙ quot sunt ℊdus alicuiꝰ forme sibiinuicē succedētes tot sunt idiuidua:bis rōibꝰ.Tū qꝛ in motu locali mobile in quolibꝫ istāti ē in alio ꝛ alio vbi:ℊ in alteratōe mobile in quolibꝫ momēto ē sub alia ꝛ alia q̄litate.Tum qꝛ caliditas remissa ꝛ intēsa sunt termini alteratōis:ℊ ꝓiꝝ.Tū qꝛ isti gradus aut sunt q̄litates aut nō:si nō:ℊ motꝰ a minꝰ calido in magis calidū nō erit motꝰ ad q̄litatē:nec ꝫ qualitatē:qꝛ nulla q̄litas variaꝯ:ſz solūmō ℊdus quos aduersariꝰ asserit nō eē q̄litates:ℊ cum isti gradus sint distincti ℊdus nūero:inferꝯ ꝙ sunt distincte q̄litates nūero.Tū qꝛ:manet eadē caliditas numero a principio alteratōis vsqꝫ in finē ℊ cū ex minꝰ denso fit magis densuꝫ remanebit eadē denſitas nūero:ſz eadē dēsitate ē subiectū eq̄liter densuꝫ:ℊ minꝰ dēsuꝫ ꝛ magis dēsuꝫ sunt eq̄liter densa. ℣ Cōtra:alteratio é vna nūero:ℊ forma fluēs a ꝓncipio alteratiōis vsqꝫ in finē ē vna numero. ℣ Itē babitꝰ augenꝯ ꝑ actꝰ sequētes:sūt de difficili mobiles:generanꝯ ex frequētia actuū nō ex vno actu:neqꝫ valet rīsio eoꝝ dicētiuꝫ illas esse ꝙditōes babitꝰ vnꝰ ꝫ spēz nō ꝫ numeꝝ.Tū qꝛ:bñs babitū citharizādi vel quēuis aliū bitū si iuxta illū eliciat aliquē actū q̄ ad opandū efficiaꝯ ꝓptioꝛ:ille actꝰ necessario interimet totum bituꝫ ꝑcedēte:cū ꝑ talē actū acgraꝯ babitꝰ pfectioꝛ ℊ nouū idiuiduū babitꝰ.cōstat aūt hoc absurdissimū esse:nā ex q̄ nulla soꝛa expellit a subiecto ꝑ iductōez alteriꝰ:nisi ꝑ aliquā ꝓtietatē:vel repugnātiā:sed palam est inter babitū minꝰ pfectū ꝛ magis pfectū eiusdē rōis ꝛ maxime vbi nō est participatio ꝙtrarij:sicut est de intelligibilibꝰ nō est aliqua repugnātia in nā babitus:sed soluꝫ ratione priuationis admixte babitui minus pfecto:ergo per iductionē habitus sequētis vel gradus soluꝫ expellit ꝛ perit ꝑpatio ꝛ impfectio manente tota pfectione babitus. ℣ Tuꝫ qꝛ:actus ꝛ opationes sunt singulariū:ergo ꝙditōes sunt babitꝰ vni ꝑm numerū p se pꝰ:ꝑ accns ꝛ scōario habitus vnius ꝑm spēm. ℣ Tum qꝛ: quilibet actus elicitus a potentia mediāte habitu necessario interimeret habitū mediāte quo eliciebaꝯ. ¶ Tertio est diligentissime obseruandū:ꝙ gradus caliditatis se habēt respectu caliditatis:veluti pars materialis ad indiuiduū cuius est pars materialis:quēadmodꝫ.n.hec caro ꝛ hoc os relata ad soꝛtem manentē idez indiuiduū a principio vite vsqꝫ in finē fluunt ꝛ refluunt:ita gradus caloꝛis relati ad caloꝛē manentē eundez numero a ꝓincipio alterationis vsqꝫ in finē fluunt ꝛ refluunt: ꝛ sicut hec carnes ꝛ hec ossa nō sunt aliena a natura soꝛtis:licet nō includanꝯ in rōne eius essentialiter:ita isti gradus caloꝛis nō sunt accidentia superaddita caloꝛi:ſz sint extra rōnez eius ꝙditiuam:ꝛ hec est causa ꝙ soleo cōcedere:caliditas suscipit magis ꝛ minus ꝑm eius essentiaꝫ:quatenus gradus caliditas nō dicunt rē alterius generis supadditā:sed rem exprimūt eiusdez generis ꝛ speciei ꝛ indiuiduiꝫ in ratione ꝙditatiua caliditatis tales gradus nō includanꝯ:dicunꝯ ergo gradus partes māles:qꝛ nō ꝟueniunꝯ in essentia forme:ꝛ nō sunt qualitates per se ꝛ directe:sed ꝑ reductionē ꝛ indirecte:iduxi hoc notabile vt declararē alterationē a minus calido ad magis calidum nō terminari ad nouū indiuiduū caliditatis:sed ad nouū gradū qui gradus est in genere qualitatis per reductiōez:ꝛ ita ꝙcludo ꝙ nō sunt tot idiuidua quot gradus alicuiꝰ forme sibiinuicem in eodē subiecto succedētes. ¶ Quarto est ꝙsiderandū ꝙ rationes aduersarioꝝ nō ꝙcludūt. Ad ꝓmā dico in alteratione mobile in quolibet instanti esse sub alio ꝛ alio gradu ꝛ nō sub alia ꝛ alia qualitate:ꝛ extendendo nomē qualitatis ad id qō est reductiue qualitas fateoꝛ mobile esse cōtinue sub alia ꝛ alia qualitate. Ad secūdā:remissum ꝛ intensuꝫ in qualitatibꝰ habentibꝰ cōtrariū sunt cōtraria ꝛ ꝓriuatiue opposita:at in nō bñtibus ꝗum sunt ꝓriuatiue opposita:que oppositio ꝓriuatiua idonea est ad mutatōez successiuā. Tertia ratio est soluta:qñ é ostensuꝫ qūo gradus qualitatis est qualitas ꝛ quomodo nō. Ad quartam:dico ꝙ iste ꝓpositiones sunt false: manente eadē caliditate numero subiectū est equaliter calidum:manēte eadē denſitate numero subiectū é equaliter denſuꝫ:eadez.n.caliditas remissa est ꝙ postea reddiꝯ itensa. Denſitas ēt aque vel terre manens eadē numero pōt habere diuersos gradus ꝑm quos aliqō subiectū erit minus ꝛ magis denſuꝫ:neqꝫ isti gradus differūt ꝓpꝛie numero: qꝛ diuersitas numeralis cadit ꝓpꝛie inter indiuidua alicuius speciei:ꝛ si eēnt gradus numero distincti:nō possent esse simul in eodē subiecto:vex de his fortassis plura dixim⁹ ꝗs locus iste exposceret:in hunc itaqꝫ modum hactenus de vacuo egisse sit satis.quare ꝛc̄.

¶ Tex.cōmen.87.88.89.

TCopulaꝯ cuꝫ boc.Quia oēm motū metiꝯ tēpus vel instans:presenti sūmaque est a textu cōmēti.87.vsqꝫ ad.134.de tpe disputandū est: cuius cognitio nobis est necia. tū qꝛ est mensura motuū quoꝝ quātitas é nobis ignota.tum qꝛ é mensura reꝝ tēporaliū.tum qꝛ é mensura quietis:ꝑ tps.n.certificamur qō mobile diutius mouef:que res ꝑmanens diutius durat: que diutius gescat. ℣ Snia aūt textꝰ cōmēti.87.88.89.cōsistit in boc:vꝫ tps nihil esse.tū qꝛ cōstat ex nō entibꝰ:vt ex ꝑterito qō fuit ꝛ nō est: ꝛ futuro qō erit ꝛ nōdum est:momētū vero ꝛ id qō subhoc verbo nunc significaꝯ:nō pars tpis est ſz extremus:terminꝰ ꝛ cōfiniū tpis.tum qꝛ nulla pars tēporis extat:ꝛ rei ꝙstātis ex ptibꝰ necesse é vt ptes oēs sint aut alique:palā aūt est tps nō cōponi ex instātibꝰ sed ex ꝑterito ꝛ futuro tm̄. ℣ Auer.87. dicunꝯ sermones logici extranei qꝛ nulli sunt ꝓpꝛij:tales rōes ꝛ si sint cōes:tñ accomodateꝯ ꝛ necessarie existūt:in quibꝰ rōnibꝰ vtimur varijs ꝓpositionibꝰ in logica declaratis:hec est cā ꝙ sepe soleo dicere:pbs nāturalis é logicus vtens ꝛ instro ꝛ maxia ꝓpone i logica declarata:cū pbs vtiꝯ maxima est artifex exīmeus:opinās ꝛ nō sciens: dum vtiꝯ instro qō est demōstratō est artifex sciētificꝰ. ℣ Paulopost asserit tps eē:eē ꝑ se manifestū:ꝓcipiꝯ.n.cū motu ꝙ manifestus é ad sensuꝫ:vñ dormientes nō ꝓcipiūt tps:ꝛ ꝙ sunt in aliqua maxia delectatōe:quare tps nobis valde notū erit: sem ꝑ.n.q̄titas mēsure notioꝛ est ꝗs q̄titas mēsurati. ℣ Auerrois.88.sed talia tps vꝫ ꝛ motꝰ nonbñt esse cōpletū:ſz esse eoꝝ cōpleꝯ ex actōe aīe in eo qō est in eis exīaꝫ:ſi.n.aīa nō esset:nō eēt tps nisi in potētia:huius ꝓpōnis ꝑm Alber.magnī sensus est:ꝓius ꝛ posteriꝰ motus ꝫ que tps mēsurat motū ꝑ actionē aīe tm̄ simul sunt:in re tñ eē dicunꝯ:eo qꝛ ad mutatū esse qō i re est: copulanꝯ: sublata enīꝫ anima adhuc vnus motꝰ alio velocioꝛ ꝛ tardioꝛ diceref:quēadmodū.n. virga absqꝫ ꝓtesidio aīe nō esset vulnꝛ ꝛ mensura:ita ꝓius ꝛ posterius motus sine aīa nō essent tempus: quia mensura id est per quod anima certificari debet

¶ Amplius in cōmento. 89. habenf iste ꝓpões. Tempus est quātitas cōtinua. Be tpe nihil habemus nisi instans ꝑsentialiter. Nō pōt tps oēs suas partes simul habere in actu.

¶ Tex. cōmen. 90. 91. 92.

Et etiam est difficile. Sētia est: plura mom̄ēta simul esse nō possunt: qñ neq; partes tpis plures simul possunt existere: nisi altera continere: altera ꝙtineri intelligaf: ꝙstat aūt in instanti nō imaginari ꝙtinens ⁊ ꝙtentū: ⁊ vnū amplius: alterū minus: ergo necesse est corrūpi prius: vt posteriora generenf: sed nō pōt momentum corrūpi in tempore: qz sua corruptio nō pōt tempore mēsurari: neq; in instanti ꝑsenti: ne idez simul esse ⁊ nō esse eueniat: neq; in instāti futuro imediato: qz instantia mutuo sese nō tangunt: nec in instanti futuro qō cōsequitur ipm mediate: qz in toto tpe medio momentū duraret: at in medio tpe infinita sunt instantia: qñ diuisibile in infinitum est tps: eo ꝙ ꝙtinuū: ergo erunt simul plura ⁊ infinita momenta: neq; perit in ꝓterito istanti: ne momētū fuisset corruptū anteq; ortū. ¶ Rursus neq; instans pōt esse idem in toto tpe: bis rōnibus: nihil qō est finis alicuius finiti: est vnuz: sz instans est finis alicuius finiti: ergo instans nō ē vnum: sz. n. tps vniuersaliter sit infinitū: tñ vt sequtur vnā reuolutionē celi est finitū. ¶ Item si esset vnum ⁊ idem momentū: vetera cū nouis: ⁊ nous cum veteribus cōfundcrentur.

Digressio.

¶ Fatenf nominales has ꝓpositões. ¶ Prima est: primū mobile regulariter motū est tempus: qz cum tps sit motus primi mobilis: ⁊ motus est ipsuz mobile: ergo tps erit primū mobile regulariter motū. ¶ Scōa ē: instans nō est aliud a prio mobili existente in tali loco vbi prius nō erat immediate ante: nec imediate post erit: vnde p istaz ꝓpositionē: hoc nunc est albū: denotatur ꝙ hoc est albuz: qñ primū mobile ē alicubi vbi prius nō erat: nec imediate post erit. ¶ Cōtra pmā ꝓpositionez arguitur: celū est res pmanens: est tēpus successiuū: ergo. ¶ Item celuz cōponit ex intelligentia ⁊ orbe: nō tps. ¶ Itez tps fundaf i motu: cui substernit celū: ergo. ¶ Item tps hz ee cōpletum p animā: ergo nō est celū. ¶ Cōtra secūdā: si instans est substātia primi mobilis: nullatenus esset aliud ⁊ aliud: contra Aristotelē infra. 104. ¶ Iterū mutatio est in instanti: ⁊ nō in substantia primi mobilis: ḡ. ¶ Rursus mutatio mēsuratur instāti: nō substātia primi mobilis: ḡ. ¶ Ité textu cōmenti. 91. nullius diuisibilis est trā vnus termin⁹: ergo tpis sunt plura instantia: ergo instans nō est substantia primi mobilis. ¶ Postremo instans est terminus cōis: cōtinuat ꝓteritū cū futuro: hec aūt prio mobili nō ꝙsentiūt: ḡ. ¶ Quare tenendū est instans ⁊ tps mensuras esse primas omniū mutationū ab omni re pmanente realiter distinctas: ⁊ definit esse instans p aduentū pticule tpis sequentis: ⁊ incipit p corruptionez pticule tēporis p̄cedentis: vnde ad interitū instantis sequitur tps: qō trā non est fine instanti: ⁊ est tps distinctū ab omni re pmanēte ad cuius esse sufficit instans vel ꝙtinuans: vel terminans: vel initiās: verū de bis infra tractabitur.

¶ Tex. cōmen. 93. 94. 95. 96.

Ista igitur sunt dubitabilia. Expositis bis quib⁹ tps tolli videbaf: presenti parte oñdit tps neq; motū neq; mutationē esse. ¶ Tū qz: quelibz pars tpis est tps: non quelibz pars circulationis est circulatio: ergo tps nō est circulatio: neq; valet rñsio dicentiū partē tpis nō esse tps: sicut ⁊ pars circulatōis nō est circulatio: qz in parte tpis saluatur quidditas tpis: non in parte circulationis saluaf diffinitio circulationis. ¶ Tum qz: si tempus sit motus celi: ergo numeratis celis numerant motus: ergo ⁊ tpa pluri ficabunf: ergo si sunt plures celi erūt plura tpa. ¶ Tum qz: quilibet motus in re mota trā habet atq; eodez in loco vbi res mota est: at tps vbiq; ⁊ rebus oibus idem adiungit. ¶ Tum qz motus alius tardior: alius velocior est: equale semper ē tempus: tarditas enim ⁊ velocitas tpe describuntur: cuz sit velocius: qō breuiori minoriue tēpore plus spatij peragit: tardius qō pluri minue: tps vero nō describit tēpore: nō enī dicebat Themi. fieri pōt vt paruo tpe multū tpis labaf: neq; contra multo vt parū: nō solū aūt ratione hac velocitatis ⁊ tarditatis differūt motus ⁊ tps: sed etiaz qz quantitas motus tēpore diffinitur: vt longus is multisq; habeaf qui multo tēpore agitur: breuis contra qui paruo: at tpis quātitas nō diffinitur tēpore: quāuis. n. multū ⁊ paruū tps dicatur nō trā dicitur multū ⁊ paruū p collationē ad tps quomodo illa motui tribuunf: sed alia ratiōe: vt infra ostendetur.

Digressio.

¶ Cōsiderādus est modus arguēdi Aristotelis. ¶ Quelibet ps tpis est tps: nō quelibet pars circulatōis est circulatio: ḡ tps nō ē circulatio: nihil enim amplius colligit nisi ꝙ nō sunt idē diffinitione

tione: vt constat bis ꝙsequētib⁹. Quelibz pars tēporis est tps: nulla pars anni ē ānus: ergo. Quelibet pars substātie est substātia: nulla pars hois est homo: ergo. Quelibet pars corporis est corpus: nulla pars corporis rotūdi ē rotūda: ergo. quare aliquid importaf per tps qō nō importaf per motū: ⁊ aliquid per motuz qō nō per circulationē: qz pars motus est motus: pars trā circulationis nō est circulatio. ¶ Preterea attendenda est ista ꝙsequētia: sunt plures celi ergo plura tpa que non tenet: qz multiplicato subiecto primo ⁊ p̄oprio numeraf accidens repertuz imediate in subiecto: tempus aūt est in mobili per motuz: numeratis itaq; primis motib⁹ ob hoc tps nō multiplicaref: ꝙcessis. n. duob⁹ mūdis illi essent simul tpe: aliter nō essent duo: sed quēadmoduz sunt in eodē tpe: idem tempus habent cōe: ergo vnū habent tps illis cōe. ¶ Cōtra: stante vnitate vnius primi finis: ⁊ primi desiderati: ⁊ prime formē: stat vnitas mūdi ⁊ tpis: ergo illis numeratis numeraf mundus ⁊ tps. Quare existimo ꝙ si eēnt plures primi celi: essent plures primi mot⁹: ⁊ plura tpa: que trā vnū per equiualentiā dici possent.

¶ Amplius. 94. entia sunt in tpe: vt mesuratuz in mensura: in spa mundi: vt locatuz in loco: neq; cuncta erāt in mūdo ⁊ tpe: intelligētie. n. nō ptinētur a mūdo: nec a tpe: sz illa magis ꝙtinēt. ¶ Itez legant nōiales Themistiū dicentē: atq; ita illi facile irretiti atq; suffosi videnf: idē esse celū ⁊ tps iam quid erat faciliuz q̄z huius videre ꝓtiū: tpis ptes ꝓterituz ⁊ futurū sunt: celi non sunt: tps fit: celuz iam est: celuz substātia est: tps nō est substātia: sed quid ego superfluo imorōr: stultū mediusfidius est: opinionē tam leuē: taz supine simplicitatis incessere. ¶ Postremo aduertenduz: magnitudo: motus: ⁊ tps sunt quātitates ꝙtinue per se: si ꝙsideref eoꝝ ꝓpria ꝙtinuitas: partes. n. magnitudinis copulanf ⁊ ad punctū: ⁊ ad lineaz: ⁊ ad supficiē: ꝑm ꝙ magnitudo erit linea: vel supficies vel corp⁹ de genere q̄titatis: partes motus copulanf ad mutatū ee: particule tpis ad instās. merito vero diuisibilitatis magnitudo est q̄titas per se: reliqua duo per accidēs. 5. methaphysice. 18. dicebat Auer. motus ꝙsequif magnitudinē ⁊ diuidif per suaz diuisionē: ⁊ tps ꝙsequif motum: ista igif sunt de passionib⁹ quāti: nō de ista quāti.

¶ Tex. cōmen. 97. 98.

Manifestuz est igitur. Inducunf due ꝓpões pñti pte. Prima est tps: sine motu haberi nō pōt. Scōa ē: tps ē aut accns aut affectio: aut annexuz motui: non ipse motus.

¶ Auer. 97. nō est tps aliqō generuz quattuor motuū: cum nō sit generatio: nec augmētuz ⁊ decremētū: nec alteratio: nec motus localis: imo pono motū ꝑ fluxu de pdicamēto q̄titatis idoneū ⁊ oportunū subiectuz tpis: neq;. n. motus ꝑ forma fluente: neq; formaliꝝ ꝙducunt ad tēpus: fuit aūt necessariuz tps in nāne fluxus seu exitus de potētia ad actū absq; mensura poneref: ¶ Item cuz nos nō intellexerim⁹ motuz neq; in nobis: neq; in alijs: aut intellexerim⁹ ⁊ post tradiderimus obliuioni: nō sciemus tps: neq; cōprehēdem⁹ ipz oio: ergo tēporis sensus cuz sensu motus est ꝙiunctus: ab eo potissimū excitatur atq; dependet: vñ quēadmodū si instans fuerit idez solitariū ⁊ meruz: nō fiet tps oio. sil̄r si reputauerimus ipm esse idem: qō tamē nō est non reputabimus tps fieri: ⁊ tps qō pterijt ꝓterisse nō videbif: in totūq; ipsi cuz nō mutamur: aut cuz mutatio latet: tps sentire nō possum⁹: ⁊ dicebat Themisti⁹: hinc fit plerūq; vt nos ⁊ quidez incenatos ipz anxios q; ipz oriosa ⁊ subita nox adoriatur supueniatq; quotiēs voluptate studij alicuius cui ĩcubuim⁹ capti aut in opus nobis plausibile ipensius intenti laboze nō frangimur: vnde oriſ illico vt motus ille neq; afficiat corp⁹ neq; aio ꝓnoscaf: ecōtrario q̄tiens laboziose aut fastidiēter quicq; agim⁹ gerimus ne: qz motū huiusmōi vehemēter solem⁹ aduertē necesse est vt ipz quoq; tps mirifice ꝑpenseamus. ¶ Amplius Galenus credidit ꝙ Arist. intēdebat ꝙ nos nō cōprehēdim⁹ tps nisi cū mouemur .i. qñcūq; mouemur ꝑz imaginatōez ꝑcipim⁹ tps itaq; qñcūq; sumus moti intelligim⁹ tps: ⁊ Aristoteli ꝓdixit: qz imobilia multa cōcipim⁹: itelligimus: cogitamus dū mouemur: vt polos mūdi ⁊ centrū terre: nihilominus illa cū motu nō sunt. Verū scribit Themistius: Galen⁹ in plerisq; oībus fere ad hunc modū molestus ipoztunusq; ē: pozro debuit audire Aristotelez vtiq; clarissima voce testanté: nos simul ⁊ motū sentimus ⁊ tps: sed refert dicere: ex notione motus pendet notio tpis: ⁊ ipsi moti cōcipim⁹ tps: clarū est igitur tps sine motu nō esse: nō ꝙ ipsi moti demū intelligamus ⁊ tps: sed ꝙ de cogitatōe ⁊ intellectu mot⁹ in cogitatōez ⁊ itellectū tpis veniam⁹: ⁊ hoc ē ꝙ vult Auer. dicēs: tps non imaginaf sine motu: ⁊ motus pōt imaginari ex̄ tps: cū mot⁹ p̄cedat tps nāliꝝ: ⁊ ꝙ tps accidit motui: sz sint ꝙña se cōplete. ¶ Auer. 98. primo dicit: cū tps nō sit cā motus non prius motu: ⁊ nō possit tps ee neq; capi sine motu: erit tps sequella motus: vnde ad ꝟ ꝙ nos percipiamus ⁊ sentiamus tps per motū: nō regritur nos sentire per sensuz aliqué motū demonstratū: qz sic ad multiplicationē motus multipliceretur tps: ⁊ incarcerati ⁊ ceci nō ꝓzebēderēt

tps:sed requirit nos per imaginationez pcipere motū:quicūqz motus sit ille:ꝛ cōfestim cū p imaginationē pcipimus motū sentimus tempus:cuz ergo tēpus non possit esse sine motu:erit accidēs ipsius motus. ℣ Amplius introducit Auerrois difficultatez:vtruz tempus sequatur omnez motum indifferenter:aut solū motū imaginationis: aut motuz primi mobilis:hec questio habet oꝛtū ex hoc:qꝛ cuz tēpus percipiatur ex oī motu:ergo erit sequella omnis motus:quoniā non percipit res nisi sicut est. ℣ Item multiplicaretur ꝟz numerationez motuuz:ergo essent plura tēpoꝛa:si tps insequatur motuz imaginatōis:tēpus simul esset ꝛ non esset:aliquis.n.transmutatur ꝑm animā:ꝛ aliqs non:fierent noua tēpoꝛa:ruerent antiqua: quia fiunt in nobis noue imaginationes ꝛ ruunt antique. ℣ Solutio questionis cōsistit in hoc:tps percipitur apud perceptionē omnis motus:quia apud cognitionē cuiuslibet motus cognoscit motus primus:qui videtur sentiri:quando sentit ꝙ/cunqz motus:siue fuerit imaginatus:siue existēs: ꝛ talis motus pcipitur in omni motu:sicut causa in suo effectu:ꝛ non est necessaria in hac pceptōe collatio effectus ad causaz:qꝛ quicquid est in effectu:hoc est a causa:si enim motus celi non esset: non essz aliquis motus in inferioꝛibꝫ:siue in aia: siue extra animā:vnde intendit tandē Auerrois hanc rationē:quandocūqz percipimus aliquem motuz:nos percipimus nos esse in esse trāsmutabili:ꝛ cum percipimus nos esse in esse transmutabili percipimus motuz p quez sumus in esse trāsmutabili:si noscimus motuz quo transmutamur: noscimus motū celi:sentiens nāqz ꝛ imaginās se esse in esse transmutabili oportet ꝙ sentiat motuz celi non per visuz sed per imaginationē:quoniaz per imaginationē habemus omnem motuz esse a motu celi vt a causa:ꝛ cum dignoscimus motum celi:motuz intelligimus quē tēpus primo consequit:sz qñcūqz pcipimus motū quē tps pꝛio ꝙsequitur pcipimus primū motuz: ergo quādocūqz percipimus aliquē motuz:percipimus primū motuz:ꝛ ista questio inquit Com̄.nunquā dilucidari mihi potuit nisi post magnū tēpus.

Digressio.

¶ Adibi mirum in modū satisfacit Egidius romanus varijs discriminibꝫ separās tēpus a motu:cum enim tēpus sit prius ꝛ posterius in motu vt sunt numerata ab anima:distabunt primo rōe subiecti:qꝛ tēpus i motu pꝛo fluxu fozme:motus autez in mobili fundabitur:rursus tempus est numerus:motus autem est actus mobilis:ampliusve lox ꝛ tarduz sunt conditiones motus nō tēporis:quo fit vt hec ꝓpositio concedi nō mereatur: tempus est motus. ℣ Preterea cuz tēpus ꝛ motus sint materialiter idem:nō erit tēpus sine motu:ꝛ erit tempus passio motus primi mobilis:cuius ꝑm se totuz non erit mensura:alioꝝ vero motuuz constituit mensura sine quibus pōt esse tempus:cum hoc stat tempus non posse sine motu:in his que ad temporis notitiaz pertinent. Albertꝰ ꝛ Egidius mentem habuerunt (vt reoꝛ) Arist. ꝛ Auerrois:a qnibus accepi cōceptus quos de tempore olim mibi formauerā: quare ꝛc̄.

¶ Tex.com̄.99.100.101.102.

Et motum mouetur de

aliquo. Intendens Aristoteles presenti pte ostēdere tempus esse numerum de priori ꝛ posteriori motus collectuz:paulo altius exordiendo ponit primo istaz propositionez: quēadmoduz motus ex magnitudine vt sit cōtinuus:obtinet:ita tempus ex motu:quare ꝛ ad motuz ꝛ ad tempus cōtinuitas permanet:merito magnitudinis in qua receptus est motus. ¶ Circa quaz ꝓpositionez est primo aduertenduz:motus si est a quoddam in quoddaz re ꝛ ratione distinctū nō est eternus: si sic:stat ꝙ sit eternus:ꝛ hac lege motus celi est de quoddaz in quoddaz:qꝛ ab eodez pūcto tendit in idem punctuz. ℣ Secundo sciendū: motus ꝛ tēpus sunt per se:nō tñ primo continua:sed magnitudo pꝛioꝛ:cuius sunt accidentia:sunt tamen per se quantitates:cuz partes eoꝝ ad pꝛoprios terminos copulentur:ex hoc nāqz ꝙ motus sit cōtinuus ex magnitudine:ꝛ tempus ex motu:inferatur ꝓtinuitatē motus pendere a magnitudine: eaz autez que est temporis a motu:ꝛ hoc non tollit quin motus ꝛ tempus peculiares obtineāt cōtinuitates. ℣ Tertio notandū:si motus localis cōtinuus existat. Magnitudo requirit cōtinua vel contigua. habet autez motus localis successionē ꝛ cōtinuatiōez ꝛ a magnitudine super quā fit motus:ꝛ a diuisibilitate mobilis:verūtamen est: ꝙ essentialiter est motui continuitas quaz acquirit a magitudine:que est prima: qz illa quā acquirit a mobilis diuisibilitate. ¶ Scda ꝓpositio Aristotelis est:prius ꝛ posteriꝰ ꝛ magnitudini ꝛ motui ꝛ tēpori concedunt:in magnitudine permanet prius ꝛ posteriꝰ:in motu ꝛ tēpore non conseruatur prius:ꝛ quēadmodū prius ꝛ posteriꝰ magnitudinis subiecto sunt magnitudines:nō rōne: quia locus ꝛ situs in diffinitione prioris ꝛ posterioris magnitudinis ingrediuntur:ꝛ non in rōne magnitudinis:ita diffinitio motus a diffinitione prioris ꝛ posterioris in motu dissentit: sunt ergo prius ꝛ posterius in motu subiecto idē ꝙ motus diuersam tamen a motu essentiā obtinentia. ℣ Est aduertendū:ꝛ multū vtiliter:pars pꝛioꝛ ꝛ posterioꝛ magnitudinis si considerent vt stant sub forma magnitudinis ꝓtinue:non habent adinuicem aliquā distinctionē:ꝛ non numerant magnitudinez:si vero intelligant vt stant sub forma prioris ꝛ posterioris sunt in genere cuiusdam numeri:qꝛ prius ꝛ posterius nomina sunt numeralia:ꝛ hoc modo numerant magnitudinē:ꝛ accipiunt ꝟz intellectū a diuersis vnitatibꝫ:ita prius ꝛ posterius in motu si cōsiderabunt vt stāt sub forma motus continui:nullā adinuicē habebunt distinctionē:si sub forma prioris ꝛ posterioris numeri ptes esse dicuntur. ¶ Tertia ꝓpositio est:tēpus cōmitatur motū ratione prioris ꝛ posterioris in motu preterituz enīz ꝛ futurū ex quibus constat tēpus nihil aliud sunt qz series prioris ꝛ posterioris in motu:que momentis diffiniunt ꝛ tanqz aliud atqz aliud numerant:ergo idem erit tēpus:ꝛ prius ꝛ posterius in motu non simpliciter:sed quotiens numerant:numerantur vero nō alio modo qz cū duo instantia afferuntur ꝛ accidunt animo: vnū ꝛ prius:alteruz vt posterius.

¶ Auerrois com̄.101.motū intēdit quē ꝙsequit tempus:euz per quē videmus res quiescentes.i. res sublunares que respectu celi dicūtur quiescētes:esse in transmutatōe eterna.i.cōsistere transmutationi eterne:ꝛ quasi translatas:quia sunt in translatabili. Paulo post vult Auerrois tēpus mensurare numeꝝ motus.i.durationē successiuā motus.tempore enim mensuratur numerus motus:ꝛ est tempus cōprehensuz per motuz diuisuz priori ꝛ posteriori in motu:vnde tempus vt refertur ad motū dicitur mensura motus:prius ꝛ posterius vt stāt sub forma prioris ꝛ posterioris dicuntur partes numeri:ꝑm que prius ꝛ posterius motus:tempus habz potestatē mensurandi motuz:quare erit tempus numerus aggregatus ex vnitatibus sumptis a priori ꝛ posteriori motus: quas partes prioꝛes ꝛ posterioꝛes motus dz tempus mensurare.

¶ Circa.102.sciendū ꝙ numerus tantuz numeratus est ipse res numerate aut ꝑm actuz aut ꝑm potentiā:numerus effectiue numerans ē anima humana:numerus simpliciter numerans forma/lis est species qztitatis discrete:numerus formaliter numerans ꝛ a numero formali numeratus ē numerus ex vnitatibus aggregatus sumptis solum a partibus rez numeratā integrantibꝫ:quare tempori vt refertur ad motuz essentiale est mēsurare nō numerari:ꝛ vult cōmētatoꝛ tēpus esse numeruz cuiuslibet motus ꝑm prius ꝛ posterius primi motus. ℣ Est considerāda ꝓtradictio in dictis Auerrois.101.asserit tempus esse numeratū

prioris ꝛ posteriꝰ existētiuz in motu.102.facit tempus numeꝝ numerantē per se ꝛ essentialiter. ℣ Solutio est:est tempus ꝛ numerans ꝛ numeratuz:verum essentialius est ei mensurare ꝛ numerare qz mensurari ꝛ numerari:sunt itaqz bacten⁹ iste ꝓpositiones approbate. Prima est: prius ꝛ posterius in motu a motu ratione seiūgūtur. Secunda est:prius ꝛ posterius in tempore a priori ꝛ posteriori in motu formaliter distant:prius enim ꝛ posterius in motu:a priori ꝛ posteriori i magnitudine:ꝛ prius ꝛ posterius in tempore a priori ꝛ posteriori motus originē ducunt. Tertia ē:prius ꝛ posterius accepta in diffinitione tēporis sunt prius ꝛ posterius in motu:ipsa nāqz prius ꝛ posterius in motu vt sunt ab anima numerata tēporis integram reddunt diffinitionem. Quarta est:tempus formaliter est numerus:materialiter est quantitas cōtinua: ꝛ est numerus numerans ꝛ numerus numeratus:sed de his infra quoqz tractabitur.

¶ Tex.cōmen.103,104.

Et quēadmoduz motꝰ.

Hac parte inducuntur due ꝓpositiones. Prima est:tempus nō est degenere pmanentiuz:sed successiuoꝝuz. Secūda est:instans ē idez ꝑm substantiam in toto tempore:ꝛ diuersuz scōm rationem: ℣ Pro quarū declaratione sciendū primo:ꝙ si instans est:tempus est:ꝛ est totum tempus actu quidem permixto potentie. Tēpus autez idez est respectu oīum temporaliū:motus autez multiplicatur ad multiplicationē eoꝝ que mouentur. ℣ Secūdo aduertendū:ꝙ sicut partes spatij cōsiderantur vt stant sub forma continui:ꝛ sub forma numeri. Similiter ꝛ partes motus:ita ꝙ fertur:dupliciter considerāt in motu:aut ꝑm ꝙ stat sub forma ꝓpria:aut pro vt est agens motuz ꝛ stans sub forma motus:ꝛ hoc secundo mō id qō fertur est renouatū in situ in toto motu:ꝛ sic etiaz consideratur dupliciter:aut ꝑm ꝙ est idez ſbiecto in vniuerso motu sine renouatiōe:ꝛ ita numeratur vnitate mobilis que vna est in toto motu: aut ꝑm ꝙ variatur per esse moti ꝑm ꝙ est acceptū hic ꝛ ibi in spatio:ꝛ ita numerat numero prioris ꝛ posterioris in spatio: quare vnitas formaliter accepta est ipsuz nunc:pluralitas est tempus:vt est numerus:sicut enim ꝙ fertur veniens a priori in posterius distinguit partes motus:ita nūc acceptū vt adiacens ei distinguit partes temporis ꝓterituz.ſ.a futuro:vnde id quod fertur agit motum per hoc ꝙ fluit a priori in posterius in spatio ꝛ numerus partiuz motus est tempus: ꝛ vnitas

eius in toto motu est nunc:quod est idem in substantia ꝛ ſm eé diuersuz. ℣ Amplius dicitur nūc mensurare tempus:vel ratione notitie:vel qz terminat:vel quia est causa mésure que est tempus: diuidit enim motū in ꝓius ꝛ posterius.

¶ Tex.cōm.105.106.107.

Et manifestū est etiam.

Tractātur varie ꝓpositiões ꝓsenti parte:ꝓima est:momentuz ꝛ tempus ita se habent:vt sine altero neutruz possit consistere:qualis enim est ꝓportio mensuratoruz:talis est mensurarū: instās est numerus translati:tempus translationis: sed translatio ꝛ trāslatū sunt insimul:ergo. ℣ Secūda est:instans est quodāmodo vnitas temporis: plane instantia tempus continuant:ꝛ diuidunt: vbi vnitas numeruz diuidit|non continuat:fit tēpus vnuz ꝛ continuuz per istans hoc modo:motus est vnus ꝛ continuus si id quod defertur nō interlaxet: neqꝫ interquiescat: ꝛ cum instans ita se habeat ad tempus:veluti mobile ad motū:mobile continuat motuz:ergo instans tempus. Biuiditur tēpus per instans: quando accipitur instans ꝓ principio futuri:ꝛ fine ꝓteriti. ℣ Tertia est:vnuz ꝛ idem istans est finis ꝓteriti ꝛ initium futuri:aliter tempus non esset quantitas cōtinua:non possumus tamen vti eodez instanti tāqꝫ fine ꝓteriti ꝛ ꝓncipio futuri: veluti eodem puncto respectu partium linee:non possumus ēt imaginari tempus per imaginationē vnius instātis solum:vnde instans non mensurat tēpus ꝓut vnum instans est inter duo tempora: sed mensurat ipsum ſm duo instantia:quoruz vnū sit ꝓius ꝛ reliquuz posterius:ꝛ hec est sententia Themistij ꝛ Auerrois: licet Auerrois aliter imponat Themistio. ℣ Quarta est:differētia est inter numerum ꝛ terminū:numerus potest esse mensura diuersoruz ꝛ eoruz in quibus nō est:tempus enim mensurat hos omnes inferiores motus in quib⁹ tamen non est:sed finis ꝛ terminus non habet finire ꝛ termiare nisi ea quibus aliquo modo sunt ꝓiuncta:quare instans est ꝛ terminus ꝛ mēsura.

Digressio.

¶ Pro expeditione huius partis sciendum cōtinua permanentia habere aliquod indiuisibile sui generis ad quod copulātur partes eoruū: sunt partes linee ad punctuz in potentia imediate capulate:mediate est linea continua per continuitatem superficiei ꝛ corꝓris. Motus ꝛ tēpus sunt imediate continua per instans ꝛ mutatū esse:mediate per continuitatē mobilis ꝛ spatij supra qō mobile mouetur. Et quia motus ꝛ tempoꝛis ratio consistit in successione partiuz ſm ꝓius ꝛ posterius:opus est tales successiones fundari in mobili permanente eodem ſm substantiā:a quo motus suam habet diuisibilitatē:ꝛ cum tempus habeat continuitatez ab ipso nunc:necesse erit nunc manere idem in toto tempoꝛe ſm substantiam:ꝛ esse id in quo fundatur successio partiuz tēpoꝛis: quare nunc se habebit ad tempus veluti mobile ad motum:ꝛ per locum a cōmutaa ꝓportione ita nunc se habebit ad mobile:veluti tempus ad motum:tempus materialiter acceptū est motus: ergo nunc erit substantia mobilis:nunc autē formaliter captuz sumitur ꝓout tali substantie additur hec ratio que est terminare ꝓius ꝛ posterius in motu. Aristoteles igitur sepe capit instās ꝓ indiuisibili continuatiuo:sepe ꝓ substantia mobilis:licet Egidius videatur tenere idem esse instans ꝓindiuisibili continuatiuo : ꝛ ꝓ substātia mobilis.

¶ Tex.cōmen.108ᵐ.109.110.111.112.113.

Manifestuz est igitur.

Hoc in loco ostenduntur conditiones que tēpori concedi solent. In tempoꝛe vt continuū est nequit afferri breuissimuz aut minimū tempus: minimuz habent tempoꝛa:si multitudiné ꝓspectabis ergo nec minimus motus nec minimuz tēpus dari debet. ℣ Amplius est tempus multū ꝛ paucū. vt est discretuz:est longum ꝛ breue vt cōtinui habet rationem:non est tempus velox aut tardum. ℣ Rursus est tempus vnum ꝛ idez respectu omnium tempoꝛaliū. Non solum etiam per tempus mensuramus motū sed motu tempus sepenumero cognoscimus. ¶ Est primo aduertendū motum mensurari vt habet partes tantū:per numerum simpliciter:vt cum dicimus motum habere duas medietates:quattuoꝛ quartas:tēpus autē mensurat motū ꝟz partes ꝓioꝛes ꝛ posterioꝛes: vnde ꝓius ꝛ posterius in motu ſm mutata eé nō sunt tempoꝛa:neqꝫ partes tempoꝛis:ſm moueri sunt partes tempoꝛis:ꝓout ille partes stant sub forma ꝓioris ꝛ posterioris:ꝓius tamen ꝛ posterius accepta in diffinitione tempoꝛis dicūt quid indiuisibile:debet enim diffiniri tēpus ꝓut claditur inter duo nūc:quoruū vnuz est ꝓius ꝛ aliud posterius.est enim tempus numerus motus per nunc ꝓius ꝛ nunc posterius. ¶ Secūdo sciēdū ꝙ numerus simpliciter est in quo inuenitur minimuz simpliciter:ꝛ minima multitudo:in tempoꝛe vt est discretuz reperitur minimum: merito vero motus ad quem applicatur sic in eo nō existit minimum

nimum:quoduis continuum est diuisibile in infinitum:ꝛ hec est causa ꝙ cōiter dicit:nulla pars est minoꝛ toto in ratione multitudinis sed tantuz in ratione magnitudinis. ¶ Tertio obseruāduz est:ꝙ ꝓius ꝛ posterius ī motu vt sunt numerata ab anima complent rationez tempoꝛis:ꝛ ita tempus cum sit ꝓius ꝛ posterius in motu:erit ī motu:ꝛ erit cōtinuuz:ꝛ cum sit ꝓius ꝛ posterius nō vt stant sub forma cōtinui sed vt numerata sunt: tempus formaliter est numerus:ꝛ hac fundatissima declaratiõe patet digressio Auerrois. 109. ad esse enim motus nihil operatur anima:sed bene ad esse tēpoꝛis quia ꝓius ꝛ posterius que rationez tempoꝛis perficiunt fiunt in actu per significationem anime. ¶ Quarto sciendū:licet nūc ꝓius ꝛ posterius differant ſm rationez: partes tamen tempoꝛis differunt ſm rem:veluti ad hoc ꝙ partes motus differant ſm rem:sufficit mobile esse alteruz ſm rationē:ꝛ quēadmodū partes continui permanentis in se habent diuersitatez: qz vna non est alia:ex illis tamen cōstituitur vnū numeroꝛ:ita partes motus ꝛ tempoꝛis re distant a motu ꝛ tempoꝛe ex illis tamen cōponuntur motus ꝛ tempus. ¶ Quinto aduertendū est ꝙ numero simpliciter numeranti inest per se primo habere rationem mensure:cum sit multitudo ex vnitatibus congregata.10. metbaphysice. 4. tēpoꝛi autez non ita per se cōceditur ratio mensure:ꝛ cū tempus sit formaliter numerus est sibi essentiale mensurare motuz:motus autez mēsurat tempus per accidens:dicimus enim iste multū de die transiuit:eo ꝙ sol est eleuatus ad mediuz hemisperij: alius perfecit viaz longaz consuetaz perfici non nisi longo tempoꝛe:ꝛ dicebat Themistius nō solum dicimus motum multuz eum qui multo tempoꝛe exercetur:sed tēpus e diuerso multuz ī quo multus conficitur motus: alioquin hoc ꝛ in ceteris mensuris quoqꝫ conspicitur:omnes enim a mensuratis vicissim contraqꝫ mensurantur: sicut enim ex numero denario equos decem intelligo: ita ex equis decez numerū apprehendo denariū: quia vnitates decez video equis decez respondere, Quēadmoduz etiā se habet motus ad magnitudinez:ita tempus ad motū.ſ.motus mēsurat ꝛ mensuratur magnitudine ergo tp̄s mēsurabit ꝛ mensurabitur motu.

Digressio.

¶ Pro cōplemento eoruz que approbata sunt de numero aduertenduz primo ꝙ numerus simpliciter numerans est vnus per se:cum quilibz sit vna spēs ab alijs distincta.8. methaphysice.10. vnitates etiaz sunt in potentia non in actu in numeroꝛ:in compositis tantū ex materia ꝛ forma fit vnuz veluti ex actu ꝛ potentia:ꝛ quando cōmentatoꝛ dicebat.3.physicoꝝ.68. numerus est coaceruus vnitatuz:intelligebat numerū esse vnitates simul aceptas ſm quas numerus potest esse in diuersis subiectis. ¶ Secundo sciendum numerum abstractuz non habere esse nisi in anima obiectiue qui abstrahit ab omni determinato genere:potest tamen omnibus applicari:nec distinguitur ſm numeratoruz distinctionē:numerus tñ applicatus rebus numeralibus nō,dependet ab anima:nihil enim operatur itellectus ad hoc:vt 10.lapides sint decem. Est etiā numerus hoc modo sensibile cōmune ergo non pendens ab actu anime. ¶ Tertio notanduz numeruz applicatū rebus ab vnitate extrinseca ꝛ materiali nō posse dici vnum:sed intrinsece ꝛ formaliter ꝛ ꝓpria natura dicitur formaliter vnus:ꝛ concludenduz est talem numeruz distingui re a rebus numeratis.tum quia res numerate sunt substantie:numerus est accidens.tum quia:vnitas rei est res addita rei ergo ꝛ numerus numeratis rebus. tum quia:numerus maioꝛ ꝛ minoꝛ essent eiusdez speciei ꝓpter res numeratas esse eiusdem speciei: numerus ergo est forma absoluta diuisibilis:cuz sit quantitas discreta. ¶ Cōtra numerus aduenit rebus numeratis sine earum transmutatione quia si sint tres lapides:addatur quartus: nulla oritur in ꝓioribus lapidibus transmutatio:ꝛ tamen causatur numerus quaternarius. ℣ Respō deo ꝙ in aliquo illoruz lapiduz causatur vnū accidens:in eo,ſ.qui ō nouo generatur:ꝛ hac lege est nouitas in isto numero quātū ad aliquā eius partez.quare ꝛc̄.

¶ Tex.cōmen.ii4.ii5.ii6.ii7.ii8.ii9.

Et qz tēpus mensurat.

Presenti parte ostendit Aristoteles tempus eé mensuraz motus:mobilis ꝛ quietis:mēsurat motum:quia mensurat partē eius:mēsurat etiaz motuz tam ſm se:qđ ꝟz esse eius:vnde aduertendum ꝙ quia mensura habz rationē minimi.10.metbaphysice.3.ideo facilius est mensurare motū particularē:mensurando primo vnaz partē motus: ꝛ postea aliaz:donec cōpleatur tota mensuratio motus qđ mensurare simul totuz motū: magis.n. deciperemur mēsurādo totū simul qđ partez post partez mensurando. Motus etiā primus ſm totum suum esse:cū nō cōtineatur a tempoꝛe:eo nō mensuratur:vt sic:sed ſm partes pōt mensurari: tempus quoqꝫ mensurat motuz:quia esse ipsius: quoniaz motus est successiuus:id autez quod fertur mensuratur ſm ꝙ habet qđ̄titatē motus in se:

sed tamen non ſm essentiā tempore mensuratur: quia non per se est in tempore sed tempori coexistit. ¶ Amplius tēpus mēsurat mobile: ⁊ est sciēdum res temporales esse in tempore: vt tempus est mēsura ⁊ numerus: proprietates tēporis sunt in tempore veluti in subiecto: partes eius sunt in ipso: sicut in toto: nūc est in tempore: vt terminus ⁊ principiuz in terminato ⁊ principiato: exactissime tamen loquendo: id est in tempore quod mēsuratur tempore.

¶ Rursus cōmento. 116. asserit Auerrois istaz cosecutionē esse per accidens: miliuz ergo celuz. tuz quia talis cōsequentia non tenet in omni materia: primo physicoꝝ. 25. tuz quia miliū ⁊ celum non se respituunt ſm aliquez quattuor modoꝝ dicendi per se. Existimo quoqz nō esse pluuie posse inferre non esse celi: ⁊ hoc propter ordinē in rebus repertuz: vt dixi. 2. physicoruz. 77. addit cōmentator hāc esse cōsecutionē necessariā: hec res est in tempore ergo est ipsius tempus proprium: vita enim cuiuslibet terminatur proprio piodo. 2. 6. 57. ¶ Preterea sciēdū oē quod ē in tempore excedi a tempore maiori qz̄ sit sua mensura adequata: motus autez ⁊ tempus dicuntur causa generationis ⁊ corruptiōis: quia applicant actiua passiuis. 2. de generatione. 55. motus generat faciendo approximari generantez: vbi Aristoteles dicit: adducit ⁊ abducit generans: operationes autez que attribuuntur tempori dignius dātur motui qui est causa temporis: quare tempus est causa per se corruptionis: secundaria tamen: quia omne corruptibile de necessitate corrūpetur non tamen omne generabile necessario generabitur. primo celi. 129.

¶ Amplius considerāda est cōtradictio in dictis Auer. cōmento. 117. dicit: ex motu inuenit generatio per accidens: ⁊ corruptio per se. 2. celi. 2. vult officiuz motus eterni esse generare ⁊ ꝓseruare per se. ¶ Solutio ē: motus vt successiuus ⁊ fluxuz dicens destructiuus est. hoc enim sibi inest ratione contrarietatis: vt autez est talis corporis ⁊ naturalis conseruat. ¶ Iterū aduertendū: seculū ⁊ eternitas ē duratio motus celi non mēsurati tempore: quia tempus non excellit motuz celi: vel coexistentia celi ad motuz celi ⁊ tēpus: vocat̄ seculum: ⁊ cōmento. 117. dicitur corpora celestia lz̄ nō sint in tempore ſm qꝺ tempus non eōtinet illa: tñ sunt coexistētia cum tempore. s. qꝺ esse eorū quod est in motu est coexistens cum esse temporis: coexistentia quantitatis cum quantitate: res autem separate non habent continentiaz: neqz coexistentiam: ⁊ nullo modo sunt in tēpore: qz nō sunt qz̄te Alij volunt eternitatez esse mēsurā carentis principio ⁊ fine cuiuz carentis fine non principio: tps habentis principiuz ⁊ finez: veruz de istis mensuris paruz scripserunt pipatetici. ¶ Ulterius obseruanduz: aliquid esse in motu qz continetur ab aliquo cui inest motus: ⁊ tale non opus est mouere: aliquid est in motu: qz ei formaliter inest motꝰ: vult Auerrois cōmento. 118. aliquid esse in motu ⁊ non moueri. i. in re mota. ꝓprie tamen nihil pōt esse in motu: nisi motus sit in ipso vt actus ⁊ forma eius: motus aūt denominat id in quo est: multa autez sunt vere in tempore in quibus tamē nō est tempus: cum sit solum in motu primi mobilis. ¶ Insuper opinat Auerrois polos mundi arcticuz ⁊ antarticuz transumptiue quiescere: quatenus super ipsos reuoluitur celuz: ⁊. 2. celi. 14. docebat Auerrois: poli dicuntur quiescētes geometrice. i. ſm imaginationē ⁊ non vere: nulla enim ē substantia in orbe que non moueatur. i. nulla est pars integralis orbis que nō moueat: ⁊ ita polus erit pars orbis integralis: vnde cū celuz moueat motu leulab. 2. celi. 35. variabuntur cōtinue poli reales nō imaginarij: sed de natura istius motus loquar. 2. celi. 35. ⁊. 12. methaphysice. 45. ¶ Amplius substantie separate non mensuranꝰ tēpore qz non sunt in tempore: non cōtinentur a tēpore: non patiuntur a tempore: non sunt coexistentia tēpori: verūtamen nihil mensuratur tēpore: nisi successiuuz vel habēs attributionē ad successiuū: veluti sunt motus ⁊ quies: motū ⁊ quiescens: vnde mobile ſm se ⁊ suaz quantitatē mensuratur nunc temporis remanente eodē ſm rez in toto tēpore: sed merito motus ⁊ quātitatis motus mensuraꝰ tpe: ⁊ ita mobile vt est quantū ⁊ quiescēs partim tēpore: parti momento mensuratur: esse vero mobilis vt est substantia quedaz nō mensuratur tempore: quia si sic: oporteret esse substantiale eius in tempore posteriori esse aliud realiter ab esse substantiali eius in tempore priori: ⁊ ita nō maneret idem mobile in toto motu: qz enim mensura dz esse vnigenea mensurato: cū tēpus posterius sit realr aliud a temore priori: mensurata tempore habēt aliud ⁊ aliud esse in idistinctis temporis ptibus. ¶ Postremo sciendum tempus mensurare quietem: quia p tēpus potest cognosci qz̄diu aliquod corpus priuaꝰ motu: ⁊ vtar verbis aliorum quies presentie est momentanea: cum sit mutatum esse vltimum: quies permanentie est successiua: nō tamen motus sed priuatio eius: ſm quam quietem res non se habet aliter nunc qz̄ prius: manifestuz est itaqz ex his que diximus ea que neqz mouentur neqz quiescunt non posse a tēpore mensurari: tempus enim mensura motus tantū ⁊ quietis est: ⁊ mobilis quodāmodo.

¶ Tex. cōmen. 120.

Et manifestū ē qd nō ē.

Sententia est: quia nō entia que nullo modo esse possunt neqz mouentur neqz quiescunt: neqz moueri neqz quiescere possunt: ⁊ tempus tantum sit mensura motus atqz quietis: non mensurabūtur talia non entia tēpore. Unde sciendum est qꝺ motus per se mensuraꝰ tēpore: quies per accidens: mobile vt coniunctuz motui: substantie separate nullatenus possunt moueri ⁊ quiescere: nec mensurari tēpore: ⁊ omnia alia que sunt semper: propositiones eterne veritatis nō mensurantur tempore. Pari ratione semper nō ens. i. propositiones sempiterne falsitatis non mensurantur tempore: nec per se: nec per accidens: imo quies que semper est in subiecto apto nato non mensuratur tempore: sed solū illa que terminat motū. ¶ Amplius quecūqz ortum ⁊ interitum agnoscunt: demum omnia que interiz sunt: interim non sunt necesse est vt tempore mēsurentur: dari enim potest tempus aliquod quod eoruz excedat essentiam: quodqz amplius sit euo illo quo sue cuiuslibet eorū substantie mensurātur: addit Auerrois: quoniaz priuationes istoruz cum sunt considerate in subiecto propinquo eis sunt termiate per tempus. i. potentia respectiua accidentalis eterna a parte ante non mensuratur tempore: at potentia respectiua essentialis fundata in materia dispositā habetur in tempore: cuz sit noua ex vtraqz parte: incipiatqz ⁊ desinat esse: vt dixi prio physicoꝝ. 70. ⁊ subiungit paulo post Auerrois: priuatio vero que est post esse: cuz non coniungitur cum ea possibilitas essendi secūdo: ⁊ hoc non est in rebus reciprocatis: non mensuratur per tempus omnino: illud autez per quod mensuratur esse alicuius secundo: ⁊ sunt illa que reciprocant: tempora suaꝝ priuationuz sunt teeminata per tempus. i. in elementis que ex seinuicez generantur ⁊ corrūpuntur: priuatio mensuratur tempore: non ſm indiuiduuz: sed ſm speciez: vnde materia stans sub forma aque vt sic: habet qꝺ potest recipere formam aeris: ignis: ⁊ terre: materia autem sub forma humani cadaueris requiescens: vt sic non habet potestatem iterum ad capescenduz intellectuz passibilez: ⁊ hac ratione est mutua contrarietas ⁊ pugnantia inter formas elementoruz: non autez inter formas mixtoruz saltez animatorū: verūtamē est qꝺ priuatio illius quod fuit comparata ad futurum non mensuratur tempore: cum talis priuatio sit infinita in futuro: comparata vero ad esse rei que fuit mensuratur tempore:

Digressio.

¶ Quia antiqui crediderunt potentiaz ad non esse esse ifinitam in futuro: sicut ⁊ potētiaz ad esse viderunt infinitaz in ꝓterito: ideo Auerrois primo celi. 120. digrediebatur ostendens potentiaz ad corruptionē nullam esse infinitaz: potentiam autez ad generationē accidentalem docebat esse infinitaz: essentialē finitaz: vnde vt dixi prio physicoꝝ. 70. duplex est potentia materie: absoluta ⁊ respectiua: ⁊ respectiua: alia est accidētalis: alia essentialis: accidentalis est eterna a pte ante: ⁊ desinit esse a parte post: ⁊ fundat in priuatione ⁊ terminatur ad formaz generandaz: ⁊ multiplicatur ad numerationē formarū inducendaꝝ: neqz inconuenit respectus rationis ⁊ infinitos esse ⁊ eternos tantuz a parte ante: potentia respectiua essentialis icipit esse de nouo: ⁊ desinit eē: fundaturqz in materia dispōsita: ⁊ banc potentiam necessariuz est reduci ad actuz: cuz iucipiat esse in materia in tempore interminato ante primuz esse forme inducende nullo alio instanti clauso: itaqz quando est veruz dicere: hec materia non est sub a forma: sed necessario est sub illa futura: tunc potentia respectiua essentialis incipit eē in materia: ⁊ est noua ex vtraqz parte: ⁊ quia necesse est vnūquodqz corruptibile desinere esse ⁊ corrūpi in cōtrariuz determinatū: iccirco non potest potentia ad corruptionē accidentalis ⁊ essentialis iueniri infinita: imo existimo hanc propositionē esse falsam: datur potentia infinita accidentalis ad interitum: quia potentia accidentalis non necessario reducitur ad actuz: sed omnis potentia ad corruptionez necessario reducit ad actuz: potentia aūt ad generationez accidentalis est infinita a parte ante: essentialis est noua ex vtraqz parte: hec de digressione.

¶ Tex. cōm. 121.. 122

Instās vo ē copulatio.

Sententia est: instanti continuatur ⁊ diuiditur tēpus: nam preteritum futuro instans continuat: partes enim temporis ad cōmunez terminuz iunguntur. Diuidit quoqz nunc tempus: quēadmodum lineam punctus: sed differt a pūcto: in eo qꝺ punctꝰ remanet: sed aliud semꝑ atqz aliud instās oritur: punctus ēt actu secat lineā: nunc potestate diuidit tempus: instans preterea vt diuidēs licet idem sit subiecto: non tamen ratione. alia enim est ratio instantis vt est finis preteriti: alia vt initiuz futuri: si vero consideretur nunc: vt continuans: tunc ⁊ subiecto vno ⁊ ratione vna idem iudicabi

tur:hoc est itaq; nunc quod proprie exacteq; appellatur nunc. Est ꝛ alia significatio nam tēpus id qđ huic tempori proximus sit siue preteritū sit: siue futurus:solet hoc aduerbio nunc dmōstrari.

¶ Pro huius partis expeditione aduertendum primo:punctū tam cōtinuatiuū q̄ diuisiuū: quia habet esse permanens ꝛ fixus ꝛ potest idez bis demōstrari vocari esse in actu:ob oppositas conditiones instans dicitur esse in potentia: sepe tamen punctus terminans dicitur in actu:continuans in potentia: ꝛ hec est causa q̄ Auerrois primo physicorū.66.appellauit materiā primā ens demonstratus:quia permanet semper:quare quia punctus terminās est in actu:ꝛ omne instās est ꝙtinuatiuū:ideo dicitur instās esse in potētia: assimilatur enim instans puncto circuli. ¶ Secūdo obseruanduz est:q̄ instans est continuatiuum partium tēporis eas accipiendo vt stant sub forma continui:quo modo non differunt ſm rationem preteriti ꝛ futuri:vt vero stant sub forma discreti prioris.ſ.ꝛ posterioris.instans dicitur esse earum diuisiuum:vnde cum tempus materialiter captus non sit aliud nisi motus:ꝛ formaliter addat rationem prioris ꝛ posterioris motus:instās vero materialiter sit substantia mobilis: formaliter sit mobile;vt terminat prius ꝛ posteri⁹ in motu:tempus extra animam demandabitur ratio continuitatis per instans continuatiuū partium temporis:vnum ꝛ idem in toto tempore:tempus autem est quid discretum per instantia diuidētia ꝛ numerantia formaliter accepta:que sunt diuersa ſm diffinitionez: ꝛ hac lege vnum instans fit duo instantia.

¶ Tex. cōmen.123.124.125.126.127.

Quādo vero est tēpus.

Aperiuntur hac in parte significationes harum dictionuz quando seu tunc:iam ecce modo: nuper repente. Et in primis quando tempore Aristotelis ꝛ Auerrois accipiebatur tantum pro tempore duobus instantibus circundato: nō pro instanti:latini solent concedere:illuminationez medij fuisse tunc:forte tunc:demonstrato instanti preterito ꝛ futuro:cōceditur ꝛ hec propositio:tu fuisti quando ego fui:vbi ly quando non designat tempus terminatuz duobus instantibus: sed de his nō sit cura:ꝛ addit sanctus Thomas:quādo differt a secūda significatione nūc in duobus:q̄ quando proprie est ad preteritum ꝛ indifferēter se habet ad ꝓpinquuz ꝛ remotū:sed nunc se habet ad propinquuz:sed indifferenter ad preteritum ꝛ futuruz. ¶ Est aduertendū q̄ quādo vt est genus generalissimū nō est tempus:nec ꝑsens nec preteritus:nec futuruz:sed est semper posterius tempore a quo derelinquit:est enim quando passiuus respectus rei tēporalis ad tēpus ipsum terminatus:a quo respectu dicitur formaliter aliquid esse:vel fuisse vel fore in tempore:huic respectui quando actiuuz correspondet:quando nāq; actiuo ꝛ passiuo quādo cōmune ē generalissimū ꝛ catbegoreuma:vt fincathegoreuma est interrogatiuus predicaméto quādo satisfaciens. ¶ Amplius quia vnaquaq; partiū temporis finita est: videbatur ꝛ tempus totum finituz esse:cum congregatuz ex partibus finitis necessario sit finitū: ideo docet Aristoteles tempus imitari motū celi ſpericum:mouetur enim celuz ſempiterno tempore per motum eiusdez magnitudinis infinitis circulationibus.

¶ Auerrois.124.scribit omne quod corrūpit: corrumpitur in tempore:ſi tempus perit:perit in tempore:sed tēpus in quo aliquid destruitur: nō destruitur:ergo tempus manet incorruptū post q̄ est corruptuz:hoc autem est impossibile: ergo. Ite; opus est vt ponatur tempus ab eo qui interimit tempus:iteritus nāq; temporis erit aliquā do:ergo in tempore:ergo ponitur tempus:ꝛ idez colligitur ſi asseratur tempus incepisse cum celo ꝛ mundo:tempus enim non fuit ante mūduz: arbitratur Albertus magnus has rationes parui esse valoris:tempus nāq; corrumpitur in vltimo nūc temporis post qđ nō est plus de tēpore quē admodū est corruptio motus in fine motus: qua re qui destruit tempus:non fatetur tempus: cum destruatur in suo fine:non in tempore:verū suppositis multis ꝓpositionib⁹ Aristotelis ꝛ Auerrois hee rationes sunt demōstratiue:aliter non:ō eternitate mundi tractabit.8.physicoꝝ. ¶ Preterea quia quodlibet instans in tempore rationē habet principij ꝛ finis inferuntur varie propositiones:ꝛ tempus in suis partib⁹ habere distinctionez:ꝛ tempus nunq̄ defecturū:ꝛ nunq̄ initium habuisse. ¶ Aduertendū q̄ licet detur terminus diei non continuans diem:quia illi succedit nox:tamen non datur instans terminans tempus ꝛ non continuans ipsuz:quia in priori ꝛ posteriori quocūq; signo dato imagiatur precedēs mensura ꝛ sequens:ꝛ ob hoc dispositio instantis est sicut dispositio puncti qui est in circulo: nō pūcti in linea recta existentis nō sic q̄ quēadmoduz punctus idem circuli est principium ꝛ finis eiusdez linee:vnam enim partē temporis terminat a momentum: quam non initiat ꝛ hoc euenit:quia tempus est successiuum ꝛ circulus permanens: at sicut omnis punctus circuli est principium ꝛ finis:sic omne instans est principium atq; finis neq; neq; distinctio de circulo ī facto esse:ꝛ in fieri soluit rationez cōmentatoris:quia tempus sequitur primum motum qui assimilatur circulo in facto esse ꝛ non in fieri:constat etiā q̄ nō datur creatio neq; noua :neq; antiqua ſz peripateticos: quare impossibile est soluere rationes istas ꝓcessis principijs Aristotelis ꝛ Auerrois. ¶ Ite; notāduz q̄ gibbositas ꝛ concauitas non videtur esse idē: quia primo celi.12.dicit cōmentator:rotundū est perfectuz ex parte concaua:ꝛ est dubium in gibbositate. ¶ Solutio est:superficies media inter centruz ꝛ circunferentiā alicuius corporis sperici solidi est concaua respectu circūferentie continentis:conuexa merito centri contenti:cuz boc tamē stat concauū ꝛ conuexuz realiter differre: ꝛ ſi dicas:aucta gibbositate augetur etiā concauitas: ergo ſi est dubiuz de vno:ꝛ de alio: respondeo q̄ de concauo non est dubiuz:quia sensui se offert: gibbus vero non. ¶ Rursus sciendū instans semper esse continuatiuū partiuz temporis:ꝛ tēpus ob boc semper esse in suo principio ꝛ fine. ſi enim daretur instans terminans tempus:aut remaneret:ꝛ sic esset stans ꝛ non instans:aut nō remaneret:ꝛ sic sibi succedit mensura in qua nō est:quare succedit illi tempus:ꝛ post tale instans nō mouebitur mobile ꝛ pōt moueri ergo quiescit:ergo tempus est:tēpus enim mēsurat motuz ꝛ quietez. ¶ Ite; ſi concederetur instans initiatiuuz temporis:in illo fuisset veruz dicere:tēpus nō est: ꝛ immediate post instas quod est presens erit tēpus. Sed contra:tunc nō esse tēporis precessisset esse: ergo ante tēpus fuisset nou esse tēporis:quod est impossibile cum non sit differentia sine illo cuius est differentia:sed ante est differentia temporis: igitur ante tempus fuisset tēpus:neq; ꝓpter hoc tenet ista consequētia. Extra mūduz non est locꝰ: ergo extra munduz est locus:licet extra sit differētia loci:q; cōiter approbatur ly extra ꝛ ꝑuatiue ꝛ positiue capi posse:ly ante nō nisi positiue. Soleo autez ego dicere:ſi non esse precedens tēpus essz non esse simpliciter:forte tempus chymericū: ꝛ nunq̄ eius proprie haberetur natiuitas:ſi aūt non esse illud sit priuatiuū opus est vt in subiecto existat mutabili de non esse ad esse:ergo ante tēpus preextitisset mutabile ab esse temporis in potentia ad esse tēporis in actu:ꝛ constat omne tale aut tēpore mēsurari aut tēpori coexistere:ergo ante tempus fuisset tēpus.

¶ Postremo circa.126.ꝛ.127.sciendus q̄ vbi prima translatio habz iam:secunda habet ecce. prima agit de modo:secunda de pauloante. vbi prima habet olim:secūda habet pridez:repente ꝛ subito idem sunt:veruz talia nomina accipienda sunt ſm consuetudinez:ꝛ ſi cōmentator dicat aliquid esse in tempore valde veloci intelligit id esse in tempore breui:quia tempus ꝓprie non dicitur velox ꝛ tarduz:supra.96.quare ꝛc.

¶ Tex. cōmen.128.129.

Et omnis trāsmutatio.

Sentētia consistit in hoc:cuz omnis mutatio naturalis de sui ratione rem tollat a sua naturali dispositione:erit tempus corruptiōis potius q̄ generationis per se causa. ¶ Palā quoq; est omne quod mouetur moueri in tempore. Tuz quia:velocius ꝛ tardius in omni mutatione cernunt. Tū q;:omnis motus prius habet ꝛ posterius:ea aūt sunt in tempore:ergo omnis motus est in tēpore.

¶ Auerrois.128.dicit:omnis transmutatio naturaliter auffert substantiā trāsmutati in quacūq; specie fuerit trāsmutatio:nisi in loco:vnde per motū localez acquiritur nouus situs ꝛ nouū vbi: ꝛ nō noua forma:neq; substātia:veluti per alios motus quibus vel substātia perit:vel inducit dispositio ordinata ad interituz substātie:alteratio enim qualitatū primaꝝ ceteris ꝑsupponitur motibus:inter quos solet iste ordo assignari:motus in loco:ad quantitatez: demuz alteratio. ¶ Ite; aduertenduz vt dixi supra:motus vt est successiuus ꝛ fluxuz dicēs destructiuus est.hoc enim sibi inest ratione cōtrarietatis:vt autez talis ꝛ talis corporis:motus est conseruatiuus ꝛ generatiuus.hac enim lege motus est instrumentū agentis:ꝛ sic p se est causa generationis per accidēs corruptōis: ꝛ hec est causa q̄ soleo dicere motū celi vt instrumentuz quo celuz ꝑseruat hec inferiora causaz eē generationis magis q̄ corruptionis. ¶ Rursus notanduz:in corruptione violenta ꝛ generatione quauis requiritur agēs extrinsecū preter tēpus: ideo hec non attribuuntur tempori:interitus hominis naturalis:q; nō exposcit agens extrinsecū solent homines euz tēpori attribuere:cuz tamen causa mortis sit disproportio facta ī primis qualitatib⁹:ꝛ vita hois ꝓpleta stat forte in.80.ānis. ¶ Amplius considerandū corruptōez esse per se intentā ab aliquo agente:nō tamen primo:q; ipsa non est vltimatus effectus intētus ab agēte:imo volunt multi corruptiōez nec primo nec per se intendi:optariq; ab agente.

¶ Preterea circa.129.obseruandum est:velocius est quod motu regulari pertranseūdo idem spatium prius accedit ad terminū ad quem: tardius q̄ posterius venit: stat tamen aliqua pertransire equale spatium in equali tempore motu recto:ꝛ non eque velociter:vt ſi certū mobile moueatur motu vniformiter diffozmi: aliud motu

correspondente gradui medio illius latitudinis: ⁊ si soztes moueretur super aliquod spatiuz in fine cuius desineret esse per remotionē de presenti: infinitas partes pertranfiret:⁊ infinitas non cō/mearet:peragraret eniz quālibet partem incipiē tem a primo puncto:nullaz aūt partē pertrāfiret ad vltimuz punctuz terminatā. ℣ Rursus sciēdū cōmentatorē appellare eaz per se mutationē que a positiuo tendit in positiuū:⁊ tali modo generatio est transmutatio per accidens:cum illius ter/mini primi nō sint affirmatiui:merito tamen ter/mini ad quem generatio pōt vocari mutatio per se:⁊ ꝙ asserit Auerrois:finis rei non est de natura rei:⁊.2.de aīa.22.scripserit oppositū:distictio de fine intrinseco generationis qui est forma substantialis que nō est extra quidditatē rei facte:⁊ fine extrinseco qui est extra nāz rei:soluit, qr̄ ⁊c.

¶ Tex.cōmen.130.

Et querendum est.

Sententia ē: est tempus affectio quedaz ⁊ habitus motus: pozitiones enim numerate in motu sunt tēpus:quare in quibus perspicitur motus:in his quoqz spectabitur ⁊ tēpus:⁊ vt queqz se habent ad motuz:ita se habebunt ad tēpus:proinde res potentia mobiles:potentia quoqz intelligentur in tempore:cuiusmodi sunt ea que quiescunt:que vero iam mouentur:in actuqz sunt: actu quoqz habebūtur in tempore. ℣ Est aduertenduz ꝙ colligit tempus passionē esse motus intrinsecā:non tñ eodez ordine tēpus inuenitur in celo:mari ⁊ terra:celuz eniz est in tēpore qz ei coexistit tēpus: veluti ei coexistit motus:motus autez celi est in tempore: sicut subiectuz in propria passione:terra vero vt centruz:cuz vt sic:habeat ꝙ semper quiescat:ī ea nullatenus est tempus:neqz sua quies tēpore mensuratur:est tamē tēpus in terra:vt terra est corpus naturale:qz omne corpus vt corpus si mouetur: est aptuz natuz quiescere:si quiescit est aptuz natum moueri. ℣ Rursus dicitur in moto in potentia esse tempus in potentia:in moto actu:tempus in actu:cuius dicti ratio est:qz tēpus per se mēsurat motuz:quietē vero per accidens ⁊ secūdario: infero tandē tempus in actu ⁊ formaliter captū. similiter ⁊ instans formaliter acceptuz esse passiones motus ⁊ mobilis.tū quia tēpus materialiter captuz est ipse motus:⁊ instās substātia mobilis.tuz quia:tēpus quod est passio ē numerus motus:⁊ instans mobilis tempus : ⁊ instās materialiter capta nō sunt numerus motus ⁊ mobilis cū sint motus ⁊ mobile:quare cōcludendū est palam tempus ⁊ instās formaliter capta passiones esse motus ⁊ mobilis.

¶ Tex.cōmen.131.

Et queritur etiā vtruz.

Sententia cōsistit in hoc:quia partes numerate in motu sunt tempus:si non sit res que numeret, constat neqz numeratū esse:⁊ cuz nihil numerare possit nisi homo mediante itellectu ⁊ ratione:infertur tempus non esse si non sit homo:licet ergo motus possit esse:etiā si nulla res numeret:prius tamen ⁊ posterius esse non possunt:nisi numerentur atqz monstrentur:addit Themistius:imo neqz motus ipse constabit animo dempto:cuz circularis motus fons ⁊ origo sit omniū motuuz:hinc eniz corpora tū alterātur: tū minuūtur ⁊ crescūt: illuz vero intelligētia certo desiderio facit: sed ⁊ animaliū quoqz motus sunt opera anime: igitur cum tempus nihil aliud sit qz prius ⁊ posterius vt sunt numerata:nō erit tempus nisi presidio intellectus.

¶ Pro expeditōe huius difficultatis est obseruandū ꝙ ista ꝓpositio est vera:tēpus formaliter captuz ⁊ vt quid discretuz est in continuitate motus extra animā formaliter ⁊ subiective:ī anima autez nō est nisi virtualiter ⁊ obiectiue.tum quia tēpus est numerus numeratus:supra.102. numerus autē numeratus non est in anima subiectiue imo ꝑm Albertuz:numerus numerans formaliter simpliciter est extra animā:cuz sit in rebus numeratis subiectiue.tuz quia:tēpus cōponitur ex materiali ⁊ formali:supra.109.ergo illud qō erit formale in tempore subiectabitur tn materiali tē pozis.tuz quia tempus ꝑm esse formale si esset in anima subiectiue:eēt ō prima specie qualitatis: nihil enim est in intellectu tanqz in loco vel subiecto nisi qualitas de prima specie qualitatis, tum quia multuz ⁊ paucuz conueniunt tempori vt est numerus ⁊ ꝑm esse quod habz extra animaz:vnde numerus cōsentiens tempori est subiectiue in continuitate motus existentis extra animā:vt cōtinuitas illa est numerata ab anima: prius enim ⁊ posterius motus ꝟz que tēpus motū mensurat in re esse dicuntur:eo quia ad mutatuz esse copulantur:p actionē tamen anime: tantū simul sunt: ⁊ quando Auerrois dicit:esse tēporis in actu est esse in anima veruz est actu virtuali non formali: vt ipsemet exponit seipsuz:continuitas enim motus vt est numerata ab anima est tempus: talis tamen numeratio est subiectiue in cōtiuuitate motus ꝑm quā numerationē sibi quenit esse in ꝓdicāmēto relatōis:qz tñ significatū tpis mālē certi⁹ ⁊ manifestius ē formali:iccirco absolute locat̄ tps in genere

in genere q̄ztitatis:quare optime resoluēdo pre/sentem difficultatē:dico partes motus acceptas sub forma cōtinui integrare motum:captas sub forma prioris ⁊ posterioris que p actionē aie tñ simul sunt facere ad essentiā temporis ⁊c.

¶ Tex. cōmen.132.133.134.

Et querendū est etiam.

Sētia stat in hoc:vt oñdat tps vnuz esse respectu oīuz tēporaliū. Pro cuius euidētia est primitus sciendum:motui ad vbi primo cōceditur tempus: secundario motibus ad formam:inter motus ad vbi principaliter circulari ⁊ diurno: iste ergo est ordo. Datur primo motui firmamenti primi corporis. Secūdo motibus planetaꝝ:mox motibus localibus rectis:demum motibus tendentib⁹ ad formaz:vnde tantā dependentiā ⁊ colligantiā posuit Auer.in rebus ꝙ non existēte motu diurno mundus conseruari nō posset:neqz deus ante retroqz sempiterno pmaneret tempore. ℣ Rursus ne sit ꝓtentio in dictis Auer.est dicendū oēm mutationē esse in tempore vel ratione sui vel ratiōe alterationis precedētis:dixerat.n. supra.129.generationē esse instātaneā ⁊ mūtatiōez ob hoc per accidens:vel dico ꝙ generatio consideraī dupliciter. Primo vt sola mutatio cui⁹ vt sic subiectū est pura potentia. Secūdo vt ꝙiuncta ⁊ finis alterationis cuius vt sic ens in actu est subiectum. ℣ Item notandū:tēpus respectu motuuz aliorū a motu diurno habere rationē numeri ⁊ mēsure: nō respectu motus primi:cū sit eius ꝓpria passio ⁊ forma accidētalis. ℣ Preterea sciendū cōmētatorē.132.palā affirmare tps esse formā ⁊ passionem primi motus:alioqz vero numerū ⁊ mensurā.vnde si tps vniformiter se haberet respectu oium motuū:multiplicareī vtiqz ad numeratōez motuuz:ergo si multiplicarētur primi motus:plura essent tpa realiter que plura tempora possent vocari vnuz per equiualentiaz:⁊ iste locus fauet bis que diximus supra.93. ℣ Ulterius sciendum: duplex est mensura vniuoca ꝑm quā vnūquodqz mensuratur proximo sui generis:vt vnitas vnitate:⁊ hac mensura tēpus totū mensuraī a quodam tēpore finito ⁊ certo nobis: alia est mēsura nō vniuoca:vnde sepe accipimus quātitatē mensurati per quātitatē mensure: ⁊ hoc essentialiter: interdū per mensuratū sumimus quātitatē mēsurātis:⁊ hoc accidentaliter:⁊ hac lege tps motus ⁊ motus tempore mensuraī. ℣ Postremo ꝓsiderandū est ꝙ duo trianguli dicunt vna figura nō tñ vnus triangulus:cuius rō est:qz non seiungūtur differētijs quibus diuidit figura:sed eis quibus triangulus partitur:pari rōne est de numero:quando cōparatur ad numerata:nō.n.numerus hominū formalis differt a numero canū formali per differentiā numeratoꝝ:qz numeratū nō est de essentia numeri:sed potius par ⁊ impar facerent numerū formalem differre a numero formali:cum iste differentie sint essentiales numeri: decez ergo numerata nō eadē sunt reruz diuersaruz:denarius tñ est idez:⁊ eodez modo dicenduz est de tempore qō est mensura successiua: ideo in ratione mensure non differunt tēpus ꝓsens:preterituz ⁊ futurū:sed bene differunt in ratione tēporis:hec itaqz sunt que strictiz cursimue de tpe tractata sunt:verū pensiculate ⁊ diligenter iterū in digressionē futura multa de tempore duxi per censenda ad cōem oīuz vtilitatez.

Digressio ō eternitate.

Quia tres mensure:Eternitas.ſ.euū ⁊ tempus cōiter approbant:ideo de his ꝓsentib⁹ digressionibus disserendū est:in primis de eternitate.de qua vt ordinate ꝓcedamus inducātur iste ꝓpositiones.prima est: eternitas est: dicimus.n. theologice loquendo:eternus pater:eternus filius:eternus spiritus sanctus:nō tñ tres eterni sz vnus eternus:⁊ dicebat Boeti⁹ in libello de trinitate:nunc stans ⁊ nō mouens sese semper eternitatē facit:fatentur ⁊ paripatetici res eternas: easqz arbitrant non pendere a deo in genere cāe efficientis. ℣ Contra:infiniti imensi nō est mensura:ergo eternitas nihil erit. ℣ Item oīs mensura certificat quātitatē aliquā:ergo eternitas nō erit mensura dei. ℣ Rursus mensura differt re ⁊ rōe a mensurato:eternitas non differt a deo eterno: ergo illius nō erit mensura. ℣ Solutio est:ad primum dicit Albertus:infinituz non hz mensuraz vt est infinituz:sed substantia que stat in esse vno licet sit infinita quatenus est fine principio ⁊ fine: tamen finitissima est:quatenus stat in esse simplici simul:cuius nihil ē extra ipsuz:⁊ hoc modo mora ipsius ⁊ indeficiētia est eternitas. Deus ergo dicitur imensus in relatione ad locum ⁊ tempus vel intellectū creatum:non quia:sibi non adequetur in diuersis attributis:quia tanta est sapiētia eius:quanta est eius bonitas:similiter tantus est ipse:quanta est eius eternitas. ℣ Ad secundum: licet deus non sit quātus quātitate mollis:est tamen maxime virtutis ⁊ perfectiōis. ℣ Ad tertiū: dico ꝙ non omnis mensura differt re a mensurato.sepe enim mensuramus totaz quantitatez per ptes eiusdē quātitatis:cuz tñ tota quātitas nō sit alia ab ea que est partiū simul acceptaꝝ. ℣ Secūda,ꝓpositio est:eternitas ē mēsura carēs pncipio ⁊ fine:⁊ indiuisibilis ⁊ imutabilis vite increate.

perfecte perfectōe vltima: ⁊ ita bz eternitas cō/paratōez ad alias mensuras: tanqz̄ mensura ex/cellens. ſ. ad euuz ⁊ ad tempus: excellit euum ſm principiū: tempus ſm principiuz ⁊ finem: quare licet ſm rem eternitas nihil aliud ſit qz̄ deus: ſm rō nez tñ cōioz est eternitas qz̄ deus: qz in diffini/tione eternitatis cadit rō mensure: gratia cui⁹ bz cōparationez ad alia qz̄ ad deū. ¶ Contra: eter/nitas est ſine principio: ergo ſi eēt aliud qz̄ deus: oportebit duo esse principia. ¶ Jté diuina natura ſūma ſimplex est ⁊ nō pōt esse ſubiectuz accidey/tiuz: forma enim ſimplex ſubiectū esse nō pōt: ergo cum mensura que est tēpus non ſit niſi ꝓprietas ⁊ affectio motus ſeu rei tēporalis. Similiter euū ꝓprietas quedaz euiterni: ⁊ nō ſint niſi in illis: qz accidētis esse est inesse: vz̄ q ēt eternitas nō ſit ni/ſi conditio esse diuini ſm durationē ⁊ non ſit niſi in illo: aut igitur eternitas erit idez illi aut diuer/ſum: ſi idez habeē intētuz: ſi diuerſuz: ergo nō erit ſūme ſimplex illud qō eternū est: ⁊ erit ſubiectum accidentiū: quoꝝ vtrūqz̄ abſurdū est. ¶ Solutio est: eternitas ⁊ deus ſunt idē re: differūt aūt rōe: que rōnis diuerſitas idonea ē ad cauſandā in ꝓ/poſitionibus nō paruā diuerſitatē. ¶ Tertia pro positio est: eternitas est nunc ⁊ qñ: vnde nūc eter nitatis est ſubſtātia eternitatis: ⁊ duratio ipſius nunc est esse eternitatis. Exprimitur etiā quando eternitatis per bas locutiōes. Deus est ab eter/no: In principio erat verbū. ¶ Cōtra nūc ſtans ⁊ non mouens ſe ſe ſemp eternitatē facit: ſed oē faciens ſm esse differt a facto: cū ergo nūc faciat eternitatē ſm esse differt ab eternitate. ¶ Jté qñ relinquiē ex duob⁹ alijs naturis: natura. ſ. dura/tionis extrinſecus adiacentis ⁊ natura durātis: ſed eternitas ⁊ eternuz non ſunt nature diſtincte: ergo ex illis non conſurget qñ. ¶ Solutio ad pri/mum est: faciens vt efficiens nunqz̄ est idem fcō: at faciens vt principiū quod non est tantuz prin/cipiuz: ſed etiam ſubſtantia: hoc ſubſtātialiter est idem facto: veluti est in nunc tēporis: eui ⁊ eterni tatis. ¶ Ad ſecundū: ſz eternitas ſit idez eterno: tñ ſm moduz dicendi predicat extrinſecus adia/cens: ⁊ penes hunc modū ex ipſo relinquiē qñ re quidez non differens ab eterno ⁊ eternitate ſed modo p̄dicādi: hec de eternitate:

Digreſſio de euo ⁊ tpe.

¶ Arbitrant multi euū menſurā esse rerum per manentiū. Alij dicunt euuz ſpatiū esse eoꝝ quo/rum esse ſtabile est ſed tamen vices habent in po tentijs: vnde cum eternitas ſit moza ⁊ ſpatiuz p/manentis vno modo per oēm modū: ⁊ ea que ab illo deriuanē: deficiunt ab illius pfectiōe: ꝓpter diſtare a primo: opus est vt aliquid potentie eis permiſceaē. ⁊ hec est cā q Albertus dicebat: ſb erernitate est moza eui: ⁊ ſub euo est moza tempo ris pp plus ⁊ plus diſtare a primo: quēadmodū euiternuz est ſub eterno: ⁊ tēporale ſub euiterno. ¶ Amplius omniū euiternoꝝ est vnum euuz ma/thematice loquēdo: vel euū est in vno cuius poté tia ⁊ intellectus ſz patiaē vices: tamē ꝓpinquus est intellectioni diuine qz̄ quoduis aliud. cōpara bitur ergo eternitas ad euū: ſicut cauſa exempla ris eius: eo q euū imitaē eternitatatē qz̄tuz pōt: ſimiliter ⁊ tempus imitatur euiternū ⁊ eternum. ¶ Rurſus de tempore hec approbentur. Est tē/pus numerus motus ſm prius ⁊ posterius. Est ⁊ partim a natura: partim ab anima: ipſius est idez nunc ſm ſubſtantiā: variatū tamen ſm eſſe. Est ⁊ tempus nō motus ſed paſſio primi mot⁹. Est ⁊ quātitas ꝓtinua: cuius partes ad terminū cōem copulanē. Est ⁊ magis cauſa corruptionis qz̄ generatiōis. Est ⁊ vnuz tempus reſpectu oiuz tempozaliū: hec itaqz̄ de menſuris qz̄tuz ꝓpoſito noſtro deſeruit: annotata ſufficiāt: quare ⁊c.

¶ Tiberij Bacilerij Bononienſis Lectura in Quintum de auditu naturali.

¶ Tex. cōmen. primi ⁊ ſecūdi.

Nne ergo. In quīto huius operis vo lumie tractaturus est Ari/ſtoteles cunctas mutatiōis ptes ſubiectiuas: ⁊ quibus interſe diſcriminib⁹ muta/tōes ſepenē: ⁊ b̄ a textu cō/menti primi vſqz ad. 21^m. Quo aūt pacto motus ſit genere: ſpecie ⁊ numero vnus deinceps oſten/dit a textu cōmenti. 21. vſqz ad. 46^m. Poſtremo que oppoſitiones pugnantieue tū motus ad mo tum: tum quietis ad quietez: tū motus ad quietez habeantur diffuse patefacit a textu cōmenti. 46. vſqz ad. 65^m. ¶ Snia autez textus cōmēti primi ⁊ ſecūdi talis ē: mutātur quedā per accidēs: alia p partez: alia p ſe. Mouent ⁊ quedaz per ſe: alia per accidens: alia per partē. ¶ Per accidēs mu tatio est: cū muſicus ambulat: quia non ambulat in eo q muſicus: ſed tanqz̄ is cui accidit vt ſit mu ſicus: muſica. n. nunqz̄ pōt ambulare: ſed ſemper accidit homini cuius est ambulare: addit Auer. primo modo atribuitur motus gratia eius quod non est inatum moueri. ſ. qualitatū: vt cū dicimus q muſicus currit: ⁊ medicus ſcribit. ¶ Per ptez mouetur totū: qñ motus partis conceditur toti: ⁊ iſte modus reducitur ad motuz per accidens: eo q non cōuenit toti niſi gratia alterius: ⁊ est quaſi quoddaz mediuz inter motū per ſe ⁊ motuz p ac/cidens: qz cōuenit cum vtroqz̄: aſſimilatur motui per accidens: quia est ratione alterius: ſapit nām motus p ſe: quatenus pars cui ineſt motus: pōt a toto ſeparari: ⁊ moueri p ſe: addit Albertus. iſte ſecūdus modus p̄cipue est in parte a cuius di/ſpoſitione totū denominaē: ſicut cū dicitur ſortes ſanaē: qz tozax eius vel oculi ſanantur: que tamē ſunt partes totius: ⁊ est in iſto modo differentia: qz alia diſpoſitio est que in partibus paruis p̄n cipaliter exiſtens coafficit totū corpus in pte illa: ⁊ ita hominē recuratū dicimus: qz i eō oculus cō ualuit: aut pectus: eſt autez aliqua diſpoſitio que ſic est in parte q nō coafficit totuz corpus: ⁊ de il la non est verum dicere q parte mota moueatur totū: vnde quedam ſunt accidentia que determi/nant partes in toto veluti criſpitudo in boue ſibi caput vendicat: ⁊ id qō iſto mō parti attribuitur. habet poteſtatē denominandi totū. Sunt ⁊ alia accidentia nō ſibi aliquā partē in toto determinā tia: quare nō est hic fallatia ſm quid ⁊ ſimpl̄r: iſte est criſpus ſm caput: ergo est criſpus: nam rō ſm quam p̄dicatū daē ſubiecto in antecedēte: non est ſm quid reſpectu ratiōis qua p̄dicatū attri/buitur ſubiecto in conſequente: imo non ſm plus fit denominatio dicendo: homo est criſpus: qz̄ di/cendo: homo est criſpus ſm caput: ⁊ hoc est ex nā peculiari eius qō dico criſpus: neqz̄ exiſtimo Ari ſtotelez voluiſſe hanc conſequentiā valere: iſte ſana tur ſm pectus: ergo ſanatur: qz ſi valeret: poſſet vnus ⁊ idez ſanus appellari ⁊ eger. Sz intentio Ariſto. erat patefacere: q aliquid poterat ineſſe parti alicuius totius: aliquid poterat cōcedi toti per ſe primo ⁊ aliquid inerat alicui pure per acci dens. ¶ Per ſe ea mouenē que neqz̄ ex accidēte: neqz̄ per partē mouenē: ⁊ hec ſunt que vocamus ſm ſeipſa mobilia: veluti dicimus infirmū ſanari ⁊ graue moueri deorſuz: ⁊ iſti tres modi inueniū tur in eis que mouenē in loco: ⁊ in alteratione ma nifeſte: ceteris quoqz̄ motibus non ita palam ta/lis diuiſio cōcedi pōt: muſicus per accidens am/bulat. Sortes mouē localiter ſm partē: ⁊ currit ſcōm ſeipſuz primo: itez medicus ſanatur p acci/dens: infirmus ſanatur per partē: ⁊ ſm ſeipſum: quādo a febre curaē: rurſus creſcit phō per acci/dens: creſcit vel decreſcit ſortes per partē: ſi non omnes partes ꝓportionabiliꝝ augētur vel dimi/nuunē: augetur viuens ſcōz ſeipſuz primo: auctis oībus eius partibus ꝓportionabiliꝝ: amplius ge neratur medicus per accidens ⁊ mā ⁊ forma: ſor tes per partē: totū cōpoſitū per ſe primo generaē ⁊ corrūpitur. ¶ Sed Ariſto. inquit Auer. non in diget in hoc loco diuidere motū per ſe in hoc qn to: ſz in ſeptimo ⁊ octauo faciet hoc: quicquid. n. mouetur ex ſe: aut mouē ex ſe per ſe: ⁊ ē id quod diuidiē in partē per ſe mouentē ⁊ partē per ſe mo tam: aut mouē ex ſe p accidens: ⁊ ſunt ea que in/trinſeca carent reſiſtentia: ſatis enīz est Ariſtoteli nunc ſeparare motū per ſe a moto per accidēs ⁊ moti per ſe partes iuenire ſubiectiuas: vnitates: ⁊ oppoſitiōes. ¶ Neqz̄ oīa oībus motib⁹ moue/ri poſſunt: ſed quedā ſolū motu locali: vt celeſtia: nō nulla alteratione: ⁊ in motu vnius generis p/dicaméti aliud ⁊ aliud est mobile bz diuerſas ſpe cies ſpecialiſſimas motus: ſicut ēt alteratiōe aliō est quod est per ſe ſanabile: ⁊ aliud quod pp ſe ē calefactibile: ⁊ ita ſm alterū ⁊ alterū motum est aliud ⁊ aliud mobile primo: hec aūt ꝓpoſitio: al/terius ⁊ alterius motus est aliud ⁊ aliō ſubiectū: que ex textu colligiē: vera est de ſubiecto formali: ⁊ per ſe: ⁊ conſtituto p motū: ⁊ ꝓpinquo ⁊ nō de ſubiecto māli per accidēs: pfecto ⁊ remoto.

¶ Amplius Auerrois cōmento. 2°. ſcribit: res artificiales nō agūt in ſe niſi p accidēs: ecōtrario ei quod dictū est in diffinitōe nāe: vnde ars ꝓ for/

ma ad extra nec principiū est actiuū:nec passiuus in re ipsa: ars vero in mente artificis principiū ē per se actiuū illud qđ facit artifex i mā. ℣ Et subiecto ab artifice seiuncto:per accidens principiat ars actionē in artifice ipso:at nā principiū est actiuum ⁊ passiuū in re ipsa:forma enīz est principiuz in re:vel eadē numero vel specie vel genere:⁊ tota hec inter formā nālem ⁊ artificialē diuersitas nascitur ex hoc:q2 forme artificiali vt in ītellectu ⁊ nō vt in re demādatur ratio efficiētis:forme vo naturali vt in re:⁊ nō vt in intellectu concessa est causalitas cause efficicientis:⁊ hec est cā q9 soleo dicere:ars ⁊ forma ab artifice in mā iducta:licet sint idez re ⁊ vnuz numero priuatiue:sunt tñ alterius speciei:⁊ alterius generis propinqui: forma vero substantialis que est rō principalis ꝓducēdi:⁊ forma terminās mutationē sunt eiusdez spēi vel eiusdez generis ꝓpinqui.

Digressio.

¶ Contentio ē in dictis Aristo.⁊ Auerrois nō pretermittēda:primo de aia.37.⁊ debes scire q9 illud qđ dicit motū q2 est in moto:est duob9 modis:modo qui est possibilis vt moueat p se:vt ea tantes in naui qui mouent p motū nauis:⁊ mō q est impossibilis: vt albedo que mouet per motuz corporis albi:⁊.8.physicoꝝ.27. illud qđ mouet per accidens generalr diuidit in illud qđ mouet per accidens principaliter ⁊ in illud qđ mouetur per suam partē:quod dicit secūdario:⁊ illud qđ mouetur per accidens principalr est omne quod dicit moueri q2 est i moto:⁊ hoc est duob9 modis: modo qui est impossibile vt moueat oio:⁊ modo qui est possibile:vt moueat:eoꝝ vero que p se mouentur:quedā mouent per principiuz existens in eis:vt habentia animas:⁊ quedā mouent ab aliquo extrinseco:vt carentia animabus:at.5.physicoꝝ primo:mouet per accidens quod nunqz pōt per se moueri:mouet sortes per partē:si pes eius moueatur:per se mouētur que neqz per accidēs: neqz per partez mouent:videt ergo ex vna parte q9 gubernator nauis moueat per accidēs ad motuz nauis:⁊ elementū moueat per accidēs in medio:q2 nauta mouet q2 est in naui mota:⁊ elemētum mouet:q2 est in medio moto:⁊ omne qđ mouetur q2 est in moto:mouetur per accidens:primo de anima.37.8.physicoꝝ.27.apparet aūt iuxta diuisionē.5.physicoꝝ q9 gubernator nō moueat per accidens:cū possit per se moueri:neqz p partem mouet:neqz per se:ergo. Itē cuz dicit carentia animabus moueri per se intelligit elementa ⁊ mixta inanimata:ergo elementa nō mouebunt p accidens:q2 sint in medio moto. ℣ Solutio est: non exeundo textū cōmenti primi.5.physicoꝝ dico q9 rector nauis ꝓprehēdit sub mobili per se primo. Similiter ⁊ elementū:iz ⁊ rector nauis ⁊ elementuz moueant:q2 sint in moto:sed iuxta diuisionez primi de aia.37.⁊ gubernator nauis ⁊ elemētū mouetur per accidens:q2 sunt in moto. At stando in diuisione.8.physicoꝝ.27.homo in naui mouet p accidens:q2 est in moto:elementū aūt mouetur p se:licet moueat:q2 sit in medio moto:⁊ rō est: motus elementi grauis i medio est illi nālis a forma eiusdez inchoatus:motus aūt rectoris nauis nō est illi naturalis:vnde essentiale est elemento mouere se i medio moto:nō aūt essentiale est homini mouere se mouēdo nauiz:verū nō multū est curā duz de noīb9:cū res ipsa iam sit manifesta,qđ ⁊c.

¶ Ter.com.3.4.5.6.

Et quia est hic. Sentētia est:gn

qz res ad fūctionem cuiuslibet motus necessarie habētur: motor per se:⁊ motū p se:⁊ hoc intēdebat Aristoteles cum dixit primo:primū.n.inquit Auerr.qñqz est sinonymū ei qđ est per se:⁊ ita per se mouēs ē primuz mouens:⁊ per se motū primū motū:qñqz est primū mouens id qđ mouet nō pp aliuz motorez: est primū motū id qđ mouet:non q2 in eo sit pars que sit primū motū in ipso:in omni itaqz motu est mouēs primū ⁊ motū primū:⁊ tempus in quo fit motus:⁊ id a quo incipit motus:⁊ illud in qđ tendit:oīs.n.motus est ex aliquo ⁊ ad aliquid:⁊ primo celi.86.dicebat Auer.in omni trāsmutatione terminus a quo diuersus est a termio ad quē:nisi transmutatio sit ociosa:⁊ nō pōt esse motus eternus qui est a quoddā in quoddā ratione ⁊ re distinctum:motus enim celi permanet sempiterno tpe: q2 est a quoddā in quoddaz rōe tantū distinctuz:⁊ hec ē causa q9 cōmentator dixit hic:omnis motus naturalis rectus est ex aliquo ⁊ ad aliqd. ℣ Amplius id qđ primo ⁊ p se mouet alterū est a termino in quez tendit motus:⁊ a termino a quo incipit motus:addit Auerrois: ⁊ ista alietas est ei primo ⁊ essentialiter:per accidens vero nō est remotū vt illud qđ mouetur ⁊ illud ad qđ est motus sint idez. nihil.n.,phibet illud qđ mouet per accidens esse alterū terminoꝝ:subiectū nāqz vt lignuz est quod calefit per se primo:priuatio vero ⁊ ꝓtrariuz vt frigidū est qđ calefit p accidens:remisse ēt calidū per accideus intendit:⁊ hec est cā q9 Com.dicebat primo physicoꝝ.51:vnūquodqz contrariū agit in tertiū:⁊ ex tertio:si.n. calor per possibile essz abstractus a materia nō eēt patiēs: sed agens:q2 passio est merito subiecti tm:primo de generatione.55.ergo sublato tertio aufert passio ergo ⁊ actio:quēadmodū ergo ꝓtrariū agit p se in

¶ Auerrois cōmento.10.primo dicit:⁊ est maximuz fundamentuz in pluribus rebus naturaliū: quantuz.s.ad librum de generatione vbi tractat q omne agens agit per contactum:ad ꝺm de anima:confert ad tertiuz celi in quo declaratur ordo elementoꝝ:⁊ quo modo vnum est imediatū alteri:⁊ quo modo iter sphas nihil mediat. ¶ Amplius:motus ab extrinseco hi enumerātur: expulsio:ad quā reducūtur eductio:⁊ eiectio:latio :a tractio:⁊ inuolutio:in alia translatione sic nominantur:pulsio:tractio:vectio.vertigo:⁊ cum dicit cōmentator: deferens aut mouet expulsione aut attractione:aut circulatione:cuz non sit vnus aliꝰ modus motiōis:⁊ in rei veritate circulatio est cōposita ex expulsione ⁊ attractōe ⁊ sic motōes simplices sunt due : sed tñ non sequit ex hoc q motꝰ simplices sint duo : imo motꝰ circularis est magis simplex cꝫ ceteri:arbitror q Auer.p mottōez intelligat actionē habentē duos respectus:p motū vero ipsuz actū absqz respectibus:exempli causa: in ipsa circulatione:vel vertigine:vt puta cū rota mouetur:⁊ circūuoluitur ab aliquo:duo debemꝰ cōsiderare:motū.s.semicirculi primi rote qui mouetur motu tractus: ⁊ motuz secundi semicirculi qui mouetur motu pulsus. Et vt paucis hoc declaretur motus rote considerat⁹ vt est a mouente nominat⁹ pulsus:consideratus vt est ad mouentē dicitur tractus:quare actio ista sub talibus respectibus nūcupatur ab Auer.motio ⁊ est cōpositа ex pulsu ⁊ tractu:⁊ tūc pulsus ⁊ tractus sunt magis simplices cꝫ ipsa vertigo:at cōsiderando istā actionez sine talibus respectibus vt.s.est quidaz actus ab vno agente causatus:atqꝫ per vnaz simplicissimaz lineā tunc ab Auer.talis dꝰ motꝰ:nec tūc est ꝙpositꝰ sed simplex ⁊ magis simplex cꝫ pulsus ⁊ tractus:bis dictis adiciēduz est.q motꝰ circularis ab extrinseco est cōpositꝰ: minime ab intrinseco:nihil.n.mouet circulariter simplr nisi celum ¶ Preterea dubitat cōmentator:qūo eiciēs separatur ab eiecto ⁊ eiectū remanet motuz: ex q vī q eiciens non est tūc motor: sed aer qui mouetur naturaliter ex se:cum mouetur ex alio:sensus est:manus mouet aerez: aer motus mouet lapidē manus ergo aerez proiiciendo proiicit lapidez:⁊ aer est talis nature q inceptū motū continuat donec durat virtus infusa in aerē a manu.3.celi.28. est itaqz sic imaginānduz q dū lapis a manu proiicitur:manus est primū mouens:⁊ primuz mobile est lapis aeri alligatus:vnde manus amplectēs lapidez amplectitur etiaz aerez : ex quo ⁊ lapide fit totale motuz:continuatio tamen istius motus est propter virtutem in aere receptā ab ipsa manu: virtus ergo ista ē que mouet ⁊ semp est simul cū moto. ¶ Rursus inquit Auer.attractio in rei veritate est illa in qua attraens mouet cuz attracto : ⁊ hoc qñ attractuz ad ipsuz fuerit quiescēs: necesse est vt motus attrahētis sit velotior cꝫ motus attracti:attractio aūt in qua attrahēs est gescens:⁊ attractū motuz nō est attractio in rei veritate: sed attractum mouet ex se ad attrahēs : vt pficiat se. Sensus est:oīs motus localis aut simplex:aut mixtꝰ ⁊ pternālis si simplex: aut violētꝰ aut nālis. Dico prio:motus pternaturalis ignis est a celo. Dico secundo : motus omnes violenti elementoꝝ aut mixtoꝝ ab impellēte ⁊ attrahente oriuntur. Dico tertio:⁊ ferrum versus magnetē:⁊ vapores ascendentes:⁊ palea mota versus lapidez preciosum:⁊ humor agitatus versus medicinaz:dicuntur moueri ex se:quia habent q/litates impressas quibus mediantibus mouētur versus attrahētia mouentia motu locali coniuncto alterationi: in motibus localibus violentis ⁊ preternaturalibus mouens potest mouere sine alteratione rei mote : vnde in motibus violentis virtus imprimitur medio ⁊ illud est quando mouens mouet non alterando:in motibus superius dictis imprimitur virtus mobili:qua mediāte potest dici mobile moueri ex se:⁊ hec est causa q soleo dicere q in motu violento non demandatur impetus proiecto ne ille motus ab intrinseco vicatur. Dico quarto:q inomnibus motibus localibus siue ipsi sint violēti: siue sit inspiratio:⁊ expiratio:siue sit emissio : tussis :⁊ sternutatio : siue speculatio ⁊ radiatio:siue sit motus pure naturalis manifestuz est q simul sunt id quod mouetur ⁊ mouens proximū ⁊ q nullū est medium ipsoꝝ. ¶ Postremo aduertenduz:non mouet ferrū ad magnetez:vt locatuz ad locum. Tum qz in nimia instantia

distantia non mouetur ad magnetē. Tum qz:ferruz magne quantitatis non mouet ad eū. Tū qz: ad magnetē oleo iunctū nō mouet ferrum:vñ ps non mouet ad totuz vt totum sed ꝺm q est in suo loco naturali : non mouentur ergo elementa ꝺm attractionem:quia non tenderent ad locū naturalem a quacunqz distantia:neqz ꝺm expulsionez ⁊ impulsionez:quia motus eoruz nō essent naturales:est autē impulsio quando mouēs in toto motu non separatur a moto:expulsio qñ mouēs separatur a moto ante finem motus.

Tex.cōmen.11.12.13.

Neqz etiā inter alterās.

Sententia est:inter alterans ⁊ alteratū : augens ⁊ auctū nullatenus existit mediū.

¶ Auerrois cōm.11.prio dicit:qualitatuz attributaruz alterationi:alie sunt prime:alie secūde:⁊ sunt q ex ꝑmis ꝓducunt:in ꝑmis qualitatibꝰ motor tangit motū:ergo ⁊ in secūdis. ¶ Amplꝰ cuz rarum ⁊ densuz sint vltime differentie corporum cōsimiliuz:⁊ differentie corporū cōsimiliū sint sensibiles:erunt rarū ⁊ densuz de genere qualitatis: vnde elementa possunt ꝙficerari ꝺm esse quiddatiuū:⁊ ita qualitates nō sunt differentie earum cōsiderantur quatenꝰ sunt actiua ⁊ passiua:⁊ ita qualitates prime sunt differentie elementoꝝ: similiter raritas ⁊ densitas:que sunt conditiones impediētes ⁊ promouētes actionē:fuit nāqz caliditas iuncta raritati: ⁊ frigiditas densitati:vt ꝝria in rerum nā equalis essent virtutis pūctuatr. ¶ Rursus:grauitas ⁊ leuitas sunt numerate in tactu:duo.n.sunt modi imutādi tactū:qualitates prime euz imutant alterando:grauitas ⁊ leuitas mouēdo organū tactus localiter:si sunt grauitas ⁊ leuitas forme ſbales elementoꝝ numerant⁹ in tactu:quatenus mediāte motu mouent tactuz:sepe.n.ſbe:interdū cꝫtitates:aliqñ qualitates appellant⁹.4.celi.pº ⁊.2.27.5.metaphisice.18.2.de anima.108. ¶ Item ait sonus ⁊ silentium in audi tu:est sonus qualitas scōa in fieri non in facto eē: habens esse successiuum non pmanens:⁊ non resultat sonus ex qualitatibus primis:cū subiectiue in elemento simplici inueniri possit.2.de aia. 78.⁊ hec est causa q de generatione soli ⁊ nō aliorum sensibiliū tractauit Ari.2.de anima.

¶ Preterea cōm.12.primo dicitur:in sensibus inuenitur modus alterationis alius a modo alterationis que est in ipsis sensibilibus:cuz hec sit corporalis : illa spiritualis : spirituali quandoqz aboletur ignorātia succedente doctrina: sepe ad cōsiderationē nihil amittēdo reuocamur:⁊ tunc proprie non dicimur alterari:vnde alteratio spiritualis perfectiua proprie est qñ fit transitus ab ignorantia ad sciaz:spiritualis imprꝓprie est:qñ mutamur ex otio ad opationē:ego fateor ēt alterationē spūalem impfectiuā qua.s.scia obliuiscit aut deperdit:quare passio pfectiua nō regrit necessario depditōez alicuius positiui:veluti passio corruptiua qua necessario a subiecto aliqd deperditur. ¶ Iterū dicit Auer.res animate alterātur per duas alteratōes insimul.s.spūalem existentez in sensibus:⁊ corporalē existentē in sensibilibus: inaiata aūt nō alterant⁹ nisi altero genere tm. Et si dicas:ergo aer qñ illuminat⁹ alteratur realiter. Solutio est:pōt inaiatum spūaliter alterari non vt inaiatum sed vt est medium sensationiꝫ perficiendis accōmodatū:animatū vt animatū ⁊ realiter ⁊ spūaliter alterat⁹ merito māe ⁊ anime: quare ois alteratio spiritualis vel erit ipsius virtutis cognoscitiue:vel alicuiꝰ ordinati ad sensationē:⁊ ita interpretādus est iste locus. ¶ Rursus aduertendū:color in visione ē mouens non motus: aer mouens ⁊ motus:visus motus nō mouens: spes nāqz visibiles sunt in medio veluti in deferente: ⁊ indigent sensus oēs medio vel itrinseco vel extrinseco:ne fiat transitus ab oppposito ad oppositum sine medio:tactus ⁊ gustus ope egēt necessario ⁊ p se medij itrinseci:extrinseci p accns:alij tres sensus indigent medio extrinseco per se: alterans ergo ⁊ alteratū q̄us alteratiōe simul esse iueniunt.

¶ Amplius cōmēto.13.primū motuz ab aliquo motore mouet ꝺm tactū.i.mouens ⁊ motū proxima ⁊ mediata sunt simul:⁊ cum augens sit id qō additur ⁊ auctum id cui fit additio ⁊ nihil sit medium inter addituz ⁊ id cui fit additio iter augēs ⁊ auctum nihil mediabit:erat autem per se manifestum virtutem augmētatiuā imediataz esse ⁊ ei cui fit additio ⁊ ei quod additur:per hoc q vnū: vnum alteri.

Digressio.

¶ Contra approbatas has ꝓpositiōes: videlz mouens ⁊ motuz vniuersaliter simul existunt:⁊ in mouentibus ⁊ motis non est ꝓfectio in infinitum solēt adduci varie difficultates. ¶ Prīa sit: inter quecūqz duo corpora dura mediat aliquid.2. de anima.113.114.ergo inter manuz mouentē ⁊ lapidem motū inuenietur aliqd. Solutio est. Dico primo:omne quod mouetur mouetur i pleno.4. physicoꝝ.71. Dico secundo:plenuz se tenet ex parte mobilis ex mobili eniz ⁊ pleno constituitur vnum aggregatum quod dicitur moueri.4.physicoꝝ.58. Dico tertio:tunc totum tangit aliud totum:quando ꝺm aliquam sui partem tangit illud:qua de cā dicit Auer.2.celi.42.celum tangit

oīa corpora: his dictis p3 solutio ad ꝯdictiōe3: q2 2. de aīa bñ dī ꝙ inter corpora vt corpora sunt ꝓmediat aliqd: quatenus tñ mobilia sunt: nihil mediat: nam cū lapis mouet̄ ab aliquo tangit motorem ſm aerem vel aquā: q2 aer vel aqua est pars sui: ex lapide nāq3 ⁊ aere fit aggregatū: ⁊ hoc totum vocatur mobile. ¶ Secūda difficultas est: corpus luminosum ⁊ pars medij distans nō sunt simul. Ignis quoq3 aquā calefacit distātē. Et sol alterat hec inferiora corpora: ⁊ magnes ferru3: ⁊ oculus existens in tenebris intuetur coloratu3 in lumine ⁊ nō multiplicat̄ spēs visibilis p aerē non illuminatū: ergo in alteratōe alterans ⁊ alteratu3 nō sunt simul necessario. Solutio est. Dico primo alterans totale ⁊ alteratu3 totale sunt imediata: ⁊ ita exemplū de corpore lumioso: ⁊ parte medij remota: ⁊ de igne alterāte partē remotā aque nō est ad ꝓpositū. Dico scdo: sol calefacit hec inferiora ⁊ alterat orbes inferiores non eodē genere alterationis: vel totum celum est id qd agit in hec inferiora. 2. celi. 42. Dico tertio: magnes alterat ferrū: ⁊ basiliscus hoiem: alteratiōe alterius rōis ab alteratiōe qua alterat̄ medium. Dico quarto oculus existens in tenebris intuetur coloratum in lumine: nō aūt oculus in lumine videre pōt coloratu3 in tenebris: ⁊ cā est: q2 spēs visibiles nō multiplicant̄ imediate ab obiecto existēte in tenebris vnde est duplex ꝯsiderāda trāsmutatio: a qualitate reali ad spiritualē: ⁊ hec necessario exposcit luminatū mediū: alia a spirituali ad spiritualem: ⁊ hec nō reqrit necessario lumen. Dico quinto: trahens velocius pōt moueri tracto: ⁊ tñ manere simul cum ipso: q2 trahens posset moueri p lineam curuā: ⁊ tractū per lineam recta3: ⁊ tunc trahens mouet̄ velocius: q2 velocitas eius attēdit̄ penes lineā curuā: que est longior si rectificaret̄ q̄3 linea recta: penes quā attendit̄ velocitas ipsius tracti. ¶ Tertia est: mūdus est eternus. 8. physicoꝝ: ꝙ in generatōibꝰ est ꝓcessus in infinitū: ergo in mouentibus ⁊ motis. Solutio est: in mouētibꝰ ⁊ motis actu ⁊ simul existentibꝰ ꝓcessus in infinitū inueniri nō pōt: l3 ꝓfectio in infinitū p successionē a peripateticis nō negetur.

¶ Tex. Com. 14. vsq3 ad. 21.

Quoniā autem omne.

Presenti parte declarat̄ ꝙ non est alteratio nisi ſm passiones ⁊ passibiles qualitates: qualitates de quarta spē p alterationē non acquirunt̄. Item neq3 habitus corporales: neq3 volūtarij neq3 intellectuales.

¶ Auerrois cōmento. 14. primo dicit: est manifestum ꝙ ista alteratio inuenit̄ in prima ꝯrietate que est in tactu: ⁊ silr videtur esse in ꝯrijs sequentibus ita: verbigratia: duritie: mollitie: sed tñ primo est in primis qualitatibꝰ: in istis aūt secūdo ⁊ mediantibꝰ primis: ⁊ silr in gustu: in olfatilibus aūt qualitates manifeste sunt: s3 ꝯria latent ī eis. Sensus est: calidū: frigidū: humidū: ⁊ siccū: sunt verissime ꝯrie ſm que est ꝓprijssime alteratio: in alijs ꝯrijs est ꝯrietas causata ab istis: ⁊ iō etia3 in secūdis sensibilibus est alteratio: veluti in duro ⁊ molli. Silr autē est in gustatiuis: eo ꝙ sapores sequunt̄ qualitates cōplexionātes: ⁊ iō causantur a primis qualitatibꝰ ⁊ inuenit̄ in eis ꝯrietas: odor ē iuxta sapores. Est ⁊ ꝯrietas in coloribus q sunt obiecta visus. ¶ Amplius dicit Auer. in sonis āt videt̄ ꝙ alteratio de graui in leue est modo equoco cum istis: cu3 sonus sit passio facta in aere a ꝑcussione corporū ⁊ cū ita sit: cum dixit alterant̄ a sensibilibꝰ: intelligendū est ab oībus sensibilibus si intellexerimꝰ vniuersalitatē: sin aūt excipiemus sonos. Sensus est: q2 soni nō generant̄ ex qualitatibus primis sed ex ꝑcutiēte ⁊ sonāte: alteratio que est inter acutū ⁊ grauē sonu3 est modo equoco ad alterationē que in obiectis existit alioꝝ sensuum. addit tñ Albertus magnus cum absq3 dubio veram habeāt tales alteratiōes alterationis rōnem: intelligēdū est ꝙ l3 q̄tu3 ad primū sonās generatio sonoꝝ sit violēta: inquātū aūt ad id qd est mediu3 deferēs: hoc est aer in quo sicut in mā prima generat̄ nō oīo est innālis sonus. Aer aūt diuisibilis p humidū spirituale qd est in ipso: ⁊ iō quo ad hoc aliquā respicit de qualitatibus ꝑmis q2 calidū cum humido spirituali puro facit optie sonare: si aūt frigidū sit cū humido spūali: retinētur soni: itaꝙ fiunt obtusi: ⁊ si sit humidu3 corporale sicut in aqua: citto soni disparent ⁊ parū manifestant̄: erit ergo in qualitatibꝰ tertie speciei verissima alteratio: pp verissimā ꝯrietatem reperta3 in qualitatibꝰ d̄ tertia specie. ¶ Postremo aduertendū: q2 Auer. arbitratur qualitates oēs de tertia specie posse terminare alterationē reale3 ⁊ physicā: ⁊ si aliqua sit q̄ nō possit: illam dicit eē sonu3: soleo inferre lumē nō esse qualitatē de tertia specie: terminat. n. lumen alterationē spiritualem minime realem: ⁊ hec est cā ꝙ Auer. dicebat primo celi. 21. illuminatio aūt ⁊ similia sibi ex qualitatibus que non fiunt per alterationē non est impossibile: vt insit celo.

¶ Auerrois cōmēto. 15. primo dicit: ⁊ siquis videbit eam esse in alio genere dignus est vt sit ī genere qualitatis existentis in quātitate ⁊ in formis que sunt inaīato ſm ꝙ est animatū. Est qualitas existens in q̄titate: quarta spēs qualitatis: que ē forma vel circa aliqd constans figura: dicit̄ aute3

figura

figura que ē quātitatis termiatio: q2 sic īuenit̄ in corpibꝰ nālibus ⁊ artificiatis: nec differūt inquit Albertꝰ forma ⁊ figura subiecto s3 rōne: q2 figura refert̄ ad termiationē quāti: ꝓut q̄titas subiecti extra termiat̄ supficiebꝰ ⁊ lineis: forma aūt dī idē: ꝓut subiectū ipa īformat̄: aliq volūt ꝙ isti termini: forma ⁊ figura se habeāt sicut supiꝰ ⁊ īferiꝰ. Boetiꝰ in ꝑdicamētis dicebat: vt figura qdē est triangulū vel quadratū: forma aūt ipsiꝰ triāguli vel quadrati quedā qualitas: vñ ēt formosos homines dicimꝰ. At qualitates que insunt aīato ſm ꝙ est aīatū sunt qualitates de pria specie qualitatis. ¶ Cōtra. 5. physicorū. 18. scribit Auer. illa āt que dī ſm potētiā ⁊ īpotētiā nālem est ꝓpinqua passiue: ⁊ dī ꝙ in ea ē motꝰ ⁊ in septimo pscrutabitur de hoc: s3 ſ3 verba eiꝰ ī hoc loco appet ꝙ ſ3 eā īuenit̄ motꝰ: ergo nō ē dignꝰ vt alteratio sit in quarta ⁊ pria specie: ēt sigs videat ipam eē ī alio gñe q̄3 in tertio gñe qualitatis. Solutio colligat̄ ex his que dixi. 5. phisicoꝝ. 18. talis: dignꝰ ē vt alteratio īueniat̄ in qualitatibꝰ d̄ quarta ⁊ pria spē q̄3 in nālibꝰ potētijs in substātijs radicatis: cōueniētius tñ ē vt alteratio sit in nālibꝰ potētijs fundatis in qualitatibꝰ de tertia spē: q̄3 in qualitatibus de quarta ⁊ pria spē qualitatis. ¶ Apliꝰ dicit Auer. ⁊ dī aliqd alterari: qñ recipit aliquam istarū figurarū ⁊ qñ denudat̄ ab ea ⁊ intēdebat declarare ꝙ motꝰ alteratōis si existimat̄ eē in istis rebꝰ existimat̄ apud gnātionē ⁊ corruptionē eaꝝ nō qñ sunt fixe. Sēsus ē: si figure ⁊ qualitates de prima spē acqrant̄ p alterationē: hoc erit apd generationē eaꝝ: ⁊ nō qñ sunt fixe in subiecto: vnde qualitas alterabilis exposcit ꝙ ipsa acqsita possit intēdi ⁊ remitti sublato aut addito ꝯrio positiuo: qualitates d̄ quarta spē nō intēdunt̄ ⁊ remittunt̄: qualitates de pria ⁊ si intēdant̄: remittātur q̄3: q2 tñ illud nō ē p admixtionē ꝯrij intēsio earu3 nō ē alteratio. ¶ Rursus ait Cōmētator: ⁊ ī istis duabꝰ generibꝰ nō inuenit̄ alteratio: s3 generatio rerū existētiū ī istis duobꝰ generibus sequitur veram alterationē non q2 alteratio existat in eis: sicut in rebus que alterant̄ in rei veritate imo iste qualitates fiunt qñ alterant̄ ille que sunt qualitates alterabiles in rei veritate. Sensus ē: quecunq3 per generationē fiunt: fiunt cū quedam alterātur ⁊ sunt quasi cōsequētia alterationē: ⁊ illa nō sunt termini intrinseci alteratiōis: sed figure sic fiunt ī corporibus naturalibꝰ: ergo ad figuras ⁊ ad formas nō ē alteratio: ergo cū figure cōueniāt cū formis perfectis in hoc ꝙ ꝯsistūt in indiuisibili: ñ poterunt figure alterationē terminare: figure qdem naturalium corporum sequuntur veram alterationē: at in artificialibꝰ motū cōcomittant̄ localem. ¶ Iterum ait: densitas ⁊ raritas sunt qualitates insequētes calidū ⁊ frigidum: ⁊. 2. de generatione. 15. sunt raritas ⁊ densitas qualitates nō actiue cōsequētes calorē ⁊ frigus: at. 4. physicorū. 84. dī rarū ⁊ densum ꝯria esse in quātitate: solutio hētur ex his que dixi. 4. physicorum. 84. ¶ Preterea format Auerrois istam rationē: illa que recipiunt formas non cōicant in nomie in rebus alteratis: s3 alterabilia cōicant in noīe cū passionibus: ergo illa que recipiunt formas nō sunt alterabilia: ⁊ subdit Cōmētator: subiectu3 ⁊ accidens cōicant in eodem nomine: q2 subiectum non exit a sua substantia existente accidēte: sicut subiectum recipiens formā exit a sua substantia existēte forma: ⁊ hec est differentia inter formā ⁊ accidens: ⁊ primo celi. 39. dicebat Auerrois. nō. n. ē pes nisi per eius figurā. Et si dicas: contra: pes ē pes p formā substātialē ꝙ non p figurā. Rñdeo: pes ē pes p figura ꝯcomitatiue: vnāquāq3. n. formā substantialē ꝯsequit̄ determinata figura. Rō ergo Aristotelis ⁊ Auerrois ꝯsistit in hoc: subiectū alteratū denomiat̄ a forma ad quā est alteratio: sed figuratū non denomiat̄ a figura: ergo ad figurā non est alteratio: vñ idem subiectū numero ⁊ calidū ⁊ frigidū successiue vocari pōt: figura aūt non est in subiecto nisi sit mutatum a statu in quo ante fuit: ⁊ ideo nō generaliter possumus dicere ꝙ h̄ figuratū est es: sed hoc potius est ereum: vel ligneū: vel carneu3: vel osseum: vt p talem denominationē signet̄ ꝙ materia anteq̄3 esset susceptibilis talis forme mutata est a formis ī quibus prius fuit substātialibus: si figura est consequens formā substātialē: sicut fit ī naturalibꝰ corporibus: vel accidentalibꝰ: si figura est artificialis: veluti in artificiatis. ¶ Cōtra subiectu3 informatū caliditate est calidū: ergo subiectū informatum anima humana ē hō: nūqua3. n. effectus formalis ē separabilis a sua causa formali. ¶ Solutio est effectus formalis vl̄r est ꝙ subiectum sit īformatum tali forma: verum sunt queda3 concreta que supponūt ꝓ subiectis: alia que minime ꝓ subiectis verificari possunt: quēadmodū enim album est album albedine: ita homo est homo formaliter humanitate: ly album tñ ꝓ subiecto supponit: minime aūt ly hō: est. n. hec falsa: materia prima est homo.

¶ Ratio textus cōmenti. 16. talis est. Qd perficitur non alteratur: veluti homo quādo recipit finem. i. formam substantialem non alterat̄: neq3 domus alteratur quando perficitur scilicet consumatur: at domus quando completur quantum ad formam: vtputa quando operitur recipit formam talem: igitur ſm talem forma3 nō est alteratio: vñ ī alteratiōe permanet ide3 subiectū actu ī principio ⁊ fine alteratiōis: at in acquisitione for

me ⁊ figure nūquam idē ſubiectum actu inueni/
tur in principio ⁊ fine alteratiōis: queadmoduꝫ.
n.forma ſubſtātialis alteri forme ſubſtātiali ē im/
poſſibilis:ita vna figura alteri:⁊ ſicut forme ſub/
ſtantiales perfecte non intendunť ⁊ remittuntur
ita neqꝫ qualitates ꝺ quarta ſpecie:quibus nihil
poſitiue contrariatur.

¶ Textu cōmēti.17.18.19.20.ꝓbatur habitus
corꝑales acquiri nō poſſe ꝑ alteratiōnē: pulchri/
tudo.n.⁊ turpitudo alteratiōnē minime termina
re poſſint:cū nāqꝫ relatio nō acquirať ꝑ alteratio
nem:⁊ forme ⁊ habit⁹ corꝑales ſint ad aliquid:
ergo.Et queadmodū habitus corporales: ita ⁊
virtutes ⁊ habitus intellectuales ꝑ alterationeꝫ
acquiri non poſſunt:prima itaqꝫ ſpecies qualita/
tis tota ꝺr̄ eſſe ad aliqd: qua de re nihil qꝺ repo
nitur in prima ſpecie potis eſt termiare alteratio
nem verā ⁊ realē.¶ Auer.cōmento.17.prio dicit
incepit declarare hoc in alio genere predicamen
ti qualitatis.ſ.in formis que ſunt in anima ⁊ ĩ ani
mato.Senſus eſt:quedaꝫ qualitates de pria ſpe
cie ſunt in corpore animato:nōnulle exiſtunt ĩ ip/
ſa anima:vnde habitus ⁊ diſpō ſunt vna res licꝫ
ratione differant ⁊ tempore:qm̄ id qꝺ eſt diſpō ē
habitus:quādo cōfirmabiť:nō eteniꝫ ſeiungūtur
niſi ꝑ eſſe facile mobile vel difficile mobile vel oī/
no īmobile ſi eſt de habitibus naturalibus:⁊ hec
eſt cā ꝙ Albertus dicebat:nō opꝫ diuiſiꝫ induce/
re demōſtratiōes de habitu ⁊ diſpōne: qꝛ ꝓbato
ꝙ in habitu nō ē alteratio:ꝓbatū erit ſufficiēter
qm̄ neqꝫ in diſpōne pōt eſſe alteratio. Adhuc ꝑ/
intelligere opꝫ quaťr cognoſcať aliqua forma eē
habit⁹:ſiue ſit corꝑalis:ſiue ſit in aīa ſicut in ſubie
cto:cognoſciť aūt forma aliqua eē habit⁹ ꝑ ipſaꝫ
rōem hītus:habit⁹.n.ē oium habitudo quedaꝫ:
oīs aūt hītudo ē ad aliqd ⁊ aliquoꝝ ſiue alicui⁹:
⁊ iō ꝙ abſolutū ē in ſe ſimpľr:nullo mō pōt eē ha
bitus:qꝺ aūt ſonat habitudinē aliquoꝝ adinuicē
⁊ ad aliqd illꝺ ē habit⁹:hec Albert⁹.¶ Ampli⁹
dicit Auerrois:⁊ quemadmodum manifeſtum ē
ꝙ ſanitas eſt aliqua temperantia ideſt mediocri/
tas inter res calidas ⁊ frigidas: aut in comple/
xione corporis ⁊ membrorum:aut in rebus conti
nentibus corpus in reſpectu corporis:medium
autem relatiuum dicitur in reſpectu extremoruꝫ:
ſimiliter apparet hoc in pulchritudine ⁊ fortitu/
dine:quoniam ſunt relatiue. Senſus eſt:non eſt
ſanitas forma abſoluta:cum conſiſtat in habitu/
dine aliquorum adinuicem ⁊ ad aliquid:conſiſtit
eniꝫ in debita ſm̄ ſpēꝫ aliquā ⁊ nāꝫ cōmēſuratōe
qualitatū primaruꝫ:⁊ in debita habitudine mem
broꝝ interioꝝ ⁊ in debita ꝯmēſuratiōe ad cōtinē
tem aereꝫ ſm̄ oēs aeris qualitates:ſimiliter eſt de
ꝯplexione:pulchritudine:⁊ fortitudine. ⁊ ſubiun
git com̄.tales corꝑis habit⁹ nō ītelligi niſi ĩ reſpe
ctu laudabiliſſime diſpōis:⁊ oē qꝺ intelligiť in re
ſpectu alterius eſt ad aliqd neceſſario:diſpoſitio
enim laudabiliſſima animalis eſt vt ĩ oib⁹ diſpoſi
tionib⁹ ſuis ſit ſm̄ curſuꝫ nature:eſt eniꝫ ratio ſa/
nitatis hoīs ꝑfecta ad quā oīs alia ſanitas cōmē
ſurať ⁊ diciť maior vel minor ſm̄ acceſſuꝫ ⁊ receſ/
ſum ab illa.

¶ Auerrois cōmento.18.primo dicit virt⁹ mo/
ralis eſt ꝑfectio: ⁊ cū oīs ꝑfectio ſit indiuiſibilis
⁊ in indiuiſibili tꝑis acquirať:nō acquiriť virtus
per alteratiōnē:eſt eniꝫ alteratio in re diuiſibili ſꝫ
magis ⁊ minus:⁊ ſubiūgit ꝑfectiones eē ſiľes ꝑ/
fectioni circuli:queadmodū circulus nō eſt circu
lus ante finē:ſimiliter ē in aliīs ꝑfectiōib⁹.¶ Ite/
rum inqt cōmētator.virtus ⁊ vitiū non ſunt ante
fineꝫ motus:neqꝫ mediū ꝑmittunt:alteratio autē
eſt in eis inter que eſt mediū:addit Albertus:nul
lus ſm̄ partē eſt in vitio:⁊ ſm̄ partē in virtute ne
qꝫ in motu:neqꝫ ex̄ motū exiſtens:ſicut eſt ſm̄ ali/
qd in albo ⁊ ſm̄ aliqd in nigro ille qui moueť ex
albo in nigrū:eo ꝙ albedo non eſt indiuiſibilis ⁊
ſimplex forma :veluti virt⁹ moralis:ꝑꝑ qꝺ nō eſt
motus ad ipſaꝫ:atqꝫ alteratio : ſꝫ potius finis eſt
alteratōis cuiuſdā:ſicut ⁊ generatio finis eſt alte
rationis:cuꝫ itaqꝫ virtutes in momēto acqrātur:
⁊ nō ſuſcipiāt magis ⁊ min⁹:alteratiōnē realē mi
nime terminare poterūt.Quare cū virtutes mo/
rales ſequanť paſſiones ⁊ alteratōes : qbus ipſe
ſunt ꝯiuncte:(triſtitia.n.⁊ voluptas ſunt paſſiōes
illate a ſenſib⁹ ⁊ ſunt circa partē ſenſibileꝫ aīe: q
eſt ꝯcupiſcibilis vel iraſcibilis)nō pn̄t virtutes ⁊
vitia terminare alteratiōnē veram:vt in com̄.19.
diffuſe ab Auerroi declaratur.

¶ Auerrois com̄.20.primo dicit:⁊ intendit per
parteꝫ diſtinguentē cōprehendenteꝫ ⁊ eſt virtus
ſenſibilis:imaginatiua ⁊ rōnalis:vn̄ oīs virt⁹ co/
gnoſcitiua ē:aut ſenſus:aut ītellect⁹:ſi ſenſus:aut
exterior:aut interior:virtus cogitatiua ē illa que
maxime intellectui humano ꝺſeruit.2.de aīa.63.
3.de aīa.6.20.¶ Amplius inqt cōmētator:eſt di/
gnus vt exiſtimeť eſſe de capitulo ad aliqd qꝫ de
qualitate:⁊ intēdit ꝙ eſſe cōprehēſioneꝫ in nobis
nō eſt aliqd factuꝫ in ſe:ſed in reſpectu ad nos.ſ.
qn̄ aīa fuerit ꝑparata ad recipiēduꝫ illas cōpre/
henſiones generētur in ſe:ita ꝙ ante non erant:⁊
lꝫ ſit manifeſtius in intellectu qꝫ in ſenſu:tn̄ veruꝫ
eſt vniuerſaliter de quauis cōprehenſione:⁊.2.ꝺ
anima.126.dicebatur:ſonus eſt intentio que non
inuenitur niſi in audiente ⁊ quaſi eſt in capitulo
ad aliquid:nō ĩ qualitate: ⁊.12.metaphyſice.17.
ſed cum fuerit intellectus agens copulatus cum
intellectu materiali erit actio eius ſm̄ ꝙ copula/
tur cum eo actio alia ſubſtantia eius: ⁊ fuit illud

quod agit ſubſtātia ⁊ ē:aliꝫ ñ ſibi.i.ītellectio quā
facit intellect⁹ agēs fuit ⁊ ē ſubſtātia ipſi obiecto:
ſꝫ nō eſt ſubſtātia ītellectui agenti: neqꝫ poſſibili.
Et primo methaphyſice.28.ſpēs ſunt relatiue:ē
aūt ſpēs forma vt hꝫ eē in ītellectu.7.metha.48.
vľe eſt in capľo ad aliqd:ſed ītētio forme in intel
lectu eſt vľis actu.5.methaphyſice.20.ītellect⁹ in
ſua ſubſtātia ē relatiu⁹:⁊ capiť intellect⁹ ꝓ intel/
lectu ſpeculatiuo:ſeu intellectiōe:ergo cōcluden/
dum eſt primā ſpeciē qualitatis veri⁹ eē relatiōnē
qꝫ qualitatē:⁊ Albert⁹ dicit:ſciens ſm̄ ſcientiam
quaꝫ adeptus eſt:maxime dicitur ad aliquid: licꝫ
n.ſit ſpecies quedam qualitatis ſciētia ſm̄ ꝙ eſt ĩ
aīa:ſicut in ſubiecto: ⁊ aīaꝫ denomiet ſm̄ qꝺ dici
tur ſciens vel prudens:tamen ſm̄ qꝺ eſt in ſe vel
ſm̄ ſuam gn̄ationem qua generať in anima ma/
xime eſt ad aliquid.¶ Rurſus Auer.format iſtā
rōnem:cognitio acquiritur ītellectui nulla muta/
tione facta in ipſo intellectu:ergo cognitio nō ter
minat veram alterationeꝫ:vn̄ ſicut colūna efficiť
dextra ⁊ ſiniſtra ꝑ motū fortis ſine mutatione ei⁹:
ita ⁊ homo efficiť ſciens abſqꝫ mutatōe ītellect⁹:
pars ergo cognoſcēs non tranſmutať:ſed quod/
dam aliud.Et ex hoc inferatur ꝙ intellect⁹ agēs
non ponitur ex parte intellectus poſſibilis: ſꝫ tan
tum ex ꝑte obiecti qꝺ virtute intellectus agentis
tranſfertur ꝺ ordine materialiū ad ordinē abſtra
ctorum.3.de aīa.18.forma.n.facta abſtracta pre
ſentata intellectui poſſibili ipꝫ perficit abſqꝫ hoc
ꝙ īhereat: velut ſi per poſſibile ītellectio qua ſor
tes intelligit lapideꝫ eſſꝫ ſeparata a forte:⁊ tamē
fortes per eā intelligeret:tūc ipſa eēt forma perfi
ciens fortē:non tamē inhereret intellectui fortis.
¶ Preterea inquit:quoniaꝫ cum conſideramus
ꝑticularia fit ex h̄ cognitio vľis in nobis ſꝫ rela
tionem ad illa.ſ.ꝙ cū apud nos ſit ex aliqua ſpe/
cie pluſqꝫ vnū particulare:ſtatim fit in nobis ſpe
cies vľis abſqꝫ eo ꝙ in ipſo fiat tranſmutatio: ⁊
12.methaphyſice.4.vľia ſunt collecta ex particu
laribus in intellectu qui accipit inter ea cōſimili/
tudinem ⁊ facit ea vnā intentionē.Senſus ē:vľia
ſunt collecta ex ꝑticularib⁹.i.ex formis cogitatis:
in intellectu qui accipit cōſimilitudinē. i.formā ⁊
facit ſcilicet intellectus agēs ea vnā intētionem:
vnica nāqꝫ intellectiōe qua forma cognoſcitur ꝑ
ſe vt habet eſſe in intellectu: ſingularia oīa illius
ſpeciei per accidens dignoſcuntur.¶ Iteruꝫ ait:
proportio intellectus ad intelligibile eſt ſicut ꝓ/
portio ſenſus ad ſenſatum:⁊ qui non dicit ſenſus
eē ſubiectos alterationi:minus dicit intellectum:
ſed ſic eſt ꝙ ſenſationes recipiunť in ſenſib⁹ nullo
agente ipſos tranſmutante: ergo ⁊ intellectiōes
erunt in intellectu ſine intellectus mutatōne:⁊ ita
exiſtimo ꝙ queadmodū producens intellectiōes
non ponitur niſi ex parte obiecti:ita ⁊ agens ſen
ſationes non ponetur ex parte virtutum ſenſiti/
uarum:ſed ex parte ſenſibilium:verūtamen quia
tranſferens formam de eſſe materiali ad eſſe ſpiri
tuale facit vt virt⁹ cognoſcitiua cognoſcat: ideo
ſolet concedi intellectum agentem agere in intel/
lectum poſſibilem:⁊ agentem ſenſationes agere ĩ
virtutes ſenſitiuas.¶ Ulterius inquit Auerrois
⁊ non intendebat per hoc quod dixit in dormien/
te:ꝙ ſcientia reuertitur ad illum quam prius non
habebat in potentia vtendi ⁊ hoc ꝙ aſſimilauit
ſcientiam acquiſitam a principio ſcientie acquiſi/
te poſt ſomnum:ita ꝙ ſcientia acquiſita a princi/
pio acquiratur illo modo quo acqritur poſt ſom/
num:nam hoc eſt impoſſibile:ſed intendebat per
potentiam vtendi ipſam eſſe in anima eius ĩ actu
non a generatione.Senſus eſt:queadmoduꝫ ho
mo poſt ſomnum vtitur ſcientia actu: abſqꝫ hoc
ꝙ ſcientia acquiratur generatione ⁊ alteratione:
ita quis incipit ſcire de nouo abſqꝫ hoc ꝙ ſciētia
illa noua terminet generatiōnē ⁊ alterationem:
verūtamen ſciens cum non vtitur ſua ſcientia eſt
in potentia accidentali:at addiſcēs anteqꝫ addi
ſcat eſt in potentia eſſentiali:⁊.2.de anima.58.po
nebatur differentia inter doctrinationeꝫ ⁊ reme/
morationē.Et eſt aduertēdū ꝙ apud Platonē
habitus erant cōnāles intellectib⁹ multiplicatis:
⁊ noſtrū ſcire erat reminiſci:at Auerrois arbitra
tur vnuꝫ tantū intellectū:cui cognitio equi perpe
tuatur variīs diuerſorū hominuꝫ fantaſmatibus
eam cōſeruantibus ⁊ ita apud cōmentatoreꝫ no/
ſtruꝫ ſcire erat aliquo mō reminiſci.3.de anima.5.
ſi aūt fantaſmata valeant cōſeruare intellectiōnē
in intellectu opus eſt vt ſit rectitudo accidentiuꝫ:
lumen nāqꝫ intellectus agentis non figitur ſupra
fātaſmata pueroꝝ:infirmoruꝫ:⁊ ebrioruꝫ:⁊ ſi ge/
neraretur ſciētia eo tempore quo ſenſibiles ſpēs
inordinate ⁊ cōfuſe habenť:tunc ex nā eius eſſet
apud tranſmutatiōnē:frequenti auteꝫ exercitio:
copia bonoꝝ libroꝝ ⁊ ꝓceptoꝝ:⁊ virtutib⁹ mora
libus ⁊ precipue caſtitate diſponunť homies ad
ſcientias capeſcendas:non tn̄ itaqꝫ ſciētia ſimpľr
de nouo acquirať diſcipulo.3.n.de anima.5.ſi in/
tellectus eſſet numeratus:preceptor nō poſſet eru
dire diſcipulū:qꝛ aut hoc eſſꝫ:qꝛ preceptor cauſa/
ret nouam intellectiōnē ſimilem ſue quā habet in
diſcipulo:⁊ ita ſciētia eſſet q̄litas actiua:aut hoc
eſſet qꝛ cōicaret illam quam habet apud ſe tranſ/
ferendo illam a ſe ad diſcipulū: ⁊ ita magiſter nu
daretur ꝓpria intellectione ⁊ ſcientia: ergo facit
magiſter ꝙ intellectio que erat ꝯtinuata cum ſuo
fantaſmate continueť cum fantaſmate diſcipuli:
⁊ ſi eſt eadem ſciētia:erit ⁊ idem ītellectus.Dico
tamen ſm̄ fideꝫ ⁊ veritatē ꝙ preceptor cauſat in

discipulo nouam sciam excitando intellectū eius per principia nota ⁊ per determinatā principioꝝ ad ꝯclusionē applicatōem: neqꝫ sequit ꝙ scientia sit qualitas actiua: qñ enim actiua qualitas agit in aliud nō requirit in illo in quod agit esse aliqō agens principale iuuans ipsaꝫ: at sciētia p̄ceptoris nō est qualitas sufficiens ad inducendū sciaꝫ in discipulo: sed principale agens est intrinsecū discipulo: vt itellectꝰ agens suo lumīe: verus eteniꝫ doctor est qui interius mentē illumīat ⁊ intellectū ⁊ veritatēꝫ ostendit. Auctore lynconiēse prio posteriorꝝ. ℣ Amplius ꝓsequit cōmentator dicens: ⁊ intendebat per oīa ista ponere ꝙ anima nō alteratur per se sed per accidēs: si autem facta est: tūc esse eius sequitur essentialiter alterationē: si autē nō est facta tunc esse eius in nobis sequit alterationez non esse eius in se: ⁊ hoc manifestius est in intellectu q̄ꝫ in ceteris partibꝰ anime cognoscibilibus ⁊ iam declarauit in libro de anima ꝙ eē cōprehensibiliū cōprehensorꝝ a sensu sequit in se alterationē essentialiter. Sensus est. 2. d̄ anima. 59. prima perfectio sensus fit ab intelligētia agēte. i. sensus ipsi ꝓducunt a virtute formatiua sic vocata. 7. metaphysice. 31. qui sensus si debēt sentire oportet sensibilia adesse: aīa ergo sensitiua cuꝫ sit educta de potētia māe terminat generatōez p se: intrinsece ⁊ ꝓpinque generatio aūt est finis alterationis prio physicorꝝ. 62. iccirco forme causate a subiecto dicunt terminare essentialiter alterationē. Intellectus vero humanus cū nō causetur a materia: generationē p se nō termīat ergo neqꝫ alterationē: ⁊ quēadmodū extrinsece ⁊ per accidens terminat generationē: ita extrinsece ⁊ p accidens sequit alterationē: vnde aduertendū operationē anime vegetatiue ⁊ sensitiue cōcupiscibilis: exposcere motū corporis realem: siue a corpore incipiat ⁊ in animaꝫ redundet: siue inchoet ab anima ⁊ tendat in corpus: opatio vero visus virtutis constitute per corpus nō exigit corpus sensibiliter moueri ⁊ alterari: intelligē hominis nō est operatio corporis nec virtutis organice: est tñ existens in rebus existētibus in corpore propter colligantiaꝫ fantasie cum intellectu: intelligere intelligentiarꝝ celestiū non est operatio organica: neqꝫ colligata cum aliqua virtute organica: vnde oīuꝫ operationū que in natura comperiunt: aliqua est penitus abstracta: alia simpliciter īmersa: vt ē corporis operatio: aliqua partim abstracta: partim non. Et si dicas: intelligere hoīs non est nisi cum imaginatōe: ergo intellectus noster erit gnābilis ⁊ corruptibilis. Dico antecedēs istud inferre tñ colligantiā quā hz intellectus cū sensu: lz eniꝫ intellectus sit abstractus a corpore. i. nō causatus a corpore: eius tñ operatio non est abstracta: plura namqꝫ requirunt ad cōcludendū operationē abstractam q̄ꝫ intellectum abstractū. ℣ Amplius ō naturali potentia vel impotētia nihil mihi occurrit dicendum nisi id quod dixi. 5. phisicorum, 18. ⁊ supra. 15. quare ⁊c.

Digressio.

¶ Cum sint itaqꝫ qualitates tertie speciei sole ille que magis ⁊ minus suscipiant: intendanturqꝫ ⁊ remittantur per admixtionē ꝓtrarij: potuerunt dūtaxat ipse alterationē realem terminare: alteratio. n. coꝛpalis exposcit vt qualitates alterabiles ꝓie possint simul ꝑm certos ⁊ determinatos gradus in eodem subiecto inueniri: verūtamē pp quedam dicta Aristotelis ⁊ Auerrois inducantur nonnulle difficultates. In primis hec fuit rō Aristotelis: in ād aliquid non est motus: qualitates de p̄ia specie sunt ad aliquid: ergo. ℣ Cōtra ly ad aliquid in maiori vel capitur pro pura relatione: ⁊ ita qualitates de prima specie essent pure relationes: vel sumitur pro absoluto cuꝫ relatione: ⁊ sic maior esset falsa: motus eniꝫ terminat ad absolutum cū relatiōe: productū. n. ad ꝓducentē relatiōe refertur: neqꝫ valet si dicaꝫ ꝙ est motꝰ p accidēs: veluti in relatiōe: qz tūc sequitur ꝙ qualitates prime speciei sunt pure relatōes. ℣ Solutio est: iste terminꝰ qualitas analogice p̄dicat ō qualitatibus prime ⁊ aliarum specierū: est enim qualitas de numero eorū que multipliciter dicūtur: ⁊ affirmandu est qualitates de prima spē eē potiꝰ relatiōes q̄ꝫ qualitates: sunt. n. sensationes res sensate ꝑm eē qō hñt in sensibꝰ: itellectiones res intellecte: quatenus in intellectu recipiūtur: sanitas est ipse qualitates prime ꝑm eē certuꝫ qō habent vt opatiōibꝰ ꝙueniētibꝰ aīalium deseruiunt: lumē vero est ipsa lux vt in medio cōperitur: ⁊ cōcludo ꝙ qualitates de prima specie sunt forme informātes subiectū absqꝫ inherētia: si aūt aliqua qualitas terminare posit alterationē realez illa necessario inheret: quare puto Aristotelē nihil ꝓbasse: si qualitates p̄ie speciei essent forme simplr absolute: ⁊ relatiue tm̄ ꝑm dici. Et si qrat dīa inter speciem: actum ⁊ habitū: que videntur differre: qz. 2. de aīa. 162. dī: abeūtibꝰ sensibilibꝰ remanēt species ⁊ fantasie: ergo recedēte actuali sensatione ⁊ actuali intellectiōe remanent species sensibiles ⁊ intelligibiles: ergo species non est actus ⁊ cū habitꝰ causet ex actibꝰ. 2. ethicorū capitulo primo: habitꝰ non erit actꝰ. Ex altera parte nihil est in virtute cognoscitiua nisi eē diminutum ⁊ esse apprehēsum rei: sed tale esse apprehēsum est cognitio: ergo in virtute cognoscitiua nihil est nisi cognitio: in virtute autez cognoscitiua sunt actꝰ: species ⁊ habitꝰ: ergo hec oīa sunt idez

re. Dico

re. Dico ergo hec tria esse distincta tm̄ rōne: fantasiante. n. hoīe species est actualis cognitio: nō fantasiante sed ꝓmptitudine existente ad fantasiandū species est habitus: vel dispō: vñ ista esse apprehēsa hñt eē velocis transmutationis: ſz in potentijs cognoscitiuis remanēt ꝓmptitudines ad cognoscēdū. ℣ Secūda difficultas ē: sanitas ⁊ egritudo talem qualitatū primarū cōsequūtur dispositionez: ergo si qualitates prime successiue acquirunt ⁊ depdunt: ⁊ sanitas ⁊ egritudo. Et si plato incipiat esse sanus p primū ꝙ sic: dabitur minima sanitas introducēda: que deinde intēdet successiue p ptē post ptē in infinitū. ℣ Solutio ē: qualitates prime ꝑm varios gradus terīare pñt alterationē: ſz sunt sanitas ⁊ egritudo ꝑm eē certum cōueniēs aīalibꝰ: ⁊ qualitates ꝑm tale eē terminant alterationez spūalem: quēadmodū. n. lux ꝑm esse qō habet in aere terminat alterationem spūalem: ita ⁊ qualitates prime ꝑm esse dictū eaꝫ termināt. est. n. eē tale spūale quatenus operationibus animaliū pficiēdis deseruiūt. Sanitas q̄ꝫ ⁊ egritudo non sunt cōpossibiles in eodē subiecto ꝑm certos ⁊ determinatos gradus: ⁊ hec ē cā ꝙ soleo dicere ꝙ qualitates prime quatenꝰ sunt sanitas ⁊ egritudo re: acquirunt p minima successiue discōtinue: veluti ⁊ forma substātialis mixtorum: bis intellectis expositoꝝ varij pandentur errores: qui de habitibꝰ coꝛpalibꝰ ⁊ spūalibꝰ aliter senserūt: putantes qualitates de prima specie inherere intellectui easqꝫ eē entia realia formaliter realiter distincta a representatis per ipsas: ⁊ existimantes sanitatē ⁊ egritudinē entia esse formaliter absoluta: Sed de bis satis diximus prio oportunitate loci ⁊ temporis.

¶ Tex. cōmenti. 21. 22. 23.

T querit vtrū.

Presenti summa que est a tex. cōmēti. 21. vsqꝫ ad. 39. Declaratur q motꝰ sint cōparabiles adinuicem: ⁊ qū motus comparentur adinuicem. A. 21. vsqꝫ ad. 35. ostēdit qui motꝰ sint comparabiles adinuicē: at. 21. adducitur hec ratio: si sit omnis motus comparabilis omni motui: erit motus circularis equalis recto: ⁊ maior etiam atqꝫ minor: ⁊ alicui lationi alteratio erit equalis: at cum nullus affectus longitudini sit equalis: non erit alteratio translationi equalis: nec minor: quo fit vt nō omnis motus sit comparādus. ℣ Amplitꝰ. 22. ⁊. 23. si motus rectus est celerior ⁊ tardior alio motu reto: ⁊ circularis circulari: ergo ⁊ rectꝰ circulari: ⁊ si in motu recto ⁊ circulari inueniꝫ velociꝰ ⁊ tardius ergo ⁊ equale: ⁊ si motus rectus ⁊ circularis possunt fieri in equali tempore: ergo possunt esse eque veloces: ergo sunt cōparabiles. ¶ Est primitus aduertendum ꝙ linea recta est maior aut minor circulari potentia non actu. Circulus quoqꝫ suo dyametro: inuenitur ⁊ quadratū equale circulo potentia non actu. ℣ Rursus qualitas non est equalis longitudini per se: ideo alteratio ⁊ motus localis nō possunt eē e q velocee. ℣ Amplius dicit Egidiꝰ ꝙ ista propositio: circa quodcūqꝫ reperitur maius ⁊ minus ⁊ equale: non est vera nisi in bis que sunt eiusdem rationis ⁊ que sunt propꝛie comparabilia: ⁊ i quibus reperitur propꝛie maioritas ⁊ minoritas. Sunt qui existimant necessario requiri illa duo esse eiusdem rationis que comparantur i tertio: vnde non valet iste modus arguendi: potest dari elementum maius elemento aeris: ⁊ minus: ergo ⁊ equale: sed bene sequitur: potest assignari ignis maior aere: ⁊ minor: ergo ⁊ equalis. ℣ Postremo: ſz sub diffinitione motus ⁊ velocitatis comprehendantur omnes motus ⁊ omnes velocitates: nō tamē sunt omnes motus comparandi in velocitate: quia talis diffinitio est analoga. 3. phyſicorū. 4. Et quāuis velocitas in motibus insequatur proportionem: ⁊ quanuis proportio cuilibet proportioni sit comparabilis: non tamen quilibet motus cuilibet motui in velocitate est comparabilis: ⁊ hec est causa ꝙ cōmuniter cōceditur: possunt duo mouerī equali proportione ⁊ non equali velocitate: ⁊ pōt. A. in duplo velocius, proportionabiliꝫ mouerī q̄ꝫ. B. non tñ in duplo velocius.

¶ Tex. cōmēti. 24. 25. 26. 27. 28. 29.

Sed si coniungantur.

Presenti parte inquirūtur conditiones comparabiliū. Ea enim cuncta comparabilia sunt: que non equiuoca sunt: que vnius subiecti primi existunt: ⁊ vniꝰ nature. ℣ Auerrois commento. 24. vult in equiuocis nō reperiri comparationez: equocata enim in aliquo nomine equiuoco nō sunt comparabilia in illo nomine: neqꝫ proportionabilia: quia etenim acutum equiuoce dicitur de stilo: vino ⁊ voce: ideo non sunt comparabilia i acutie: neqꝫ proportionabilia ⁊ ꝙ equiuoce dicatur patet: quia ꝑm quod dicitur de istis habet acutū diuersas diffinitiones: quando enim dicitur stilus est acutus: tunc hoc nomen acutum ponitur loco huius diffinitionis fortiter potens penetrare durum: quatenus dicitur de vino: dicitur fortiter potens pungere linguam: vt autem enuncia-

tur de voce:sic est potens fortissime percutere au ditum:ista ergo tria predicata ꝟꝫ acutum nō sunt comparabilia:neq; proportionabilia: hinc est q̄ non est verum dicere q̄ stillus sit acutior voce ⁊ vino. Iterum mel ⁊ vox non comparantur in dul cedine:ex quo dulcedo de eis equiuoce predica/ tur.mel enim dicitur dulce respectu lingue:vox re/ spectu auditus: ideo talia ad seinuicem non com parantur:neq; proportionantur:vnde aduerten dum est q̄ duplex est comparatio: abusiua: ⁊ est quando non vtrūq; comparatorū adinuicez par ticipant isto tertio in quo fit comparatio: alia est comparatio recta:⁊ illa est triplex:cōmuniter:⁊ ē modus se habendi duorū in aliq̄ tertio quo par/ ticipant ꝟm predicationem:seu vniuoce:seu equi uoce:alia est stricte sumpta:⁊ est modus se habē di duorum respectu alicuius tertij quod partici/ pant vniuoce. Strictissime: ⁊.est modus se habē di duorum adinuicem respectu tertij vniuocatio ne speciei specialissime: ⁊ ita in genere non fient comparationes:quoniam in eo latent equiuoca/ tiones. ℣ Amplius notandum q̄ duplex est com paratio:simplex ⁊ composita:simplicem appello quando vnuz extremū alteri comparatur simplr in aliquo tertio sine addito:vt dicendo sortes est albior platone: compositam appello quando vnum extremum comparatur alteri ⁊ compara/ tur in aliquo tertio non simpliciter sed cum addi/ to:vt dicendo vox sortis in genere sonorum est suauior melle in genere liquorum:⁊ tunc est dicē/ dum q̄ licet inter aliqua duo sit comparatio ꝟm proportionem in aliquo tertio equiuoco: loquen do de comparatione composita: non tamen hoc est verum si de proportiōe simplici tractetur. Et est considerandum q̄ talis comparatio compo/ sita ratione additi videtur reducta ad vniuoca/ tionem:quoniam idem est ac si diceremus q̄ vox sortis in suauitate auditus comparata ad alios sonos:ipsos in maiori proportōne excedit q̄ꝫ mel excedat ceteros liquores in suauitate gustus: ⁊ iccirco fiunt due proportiones partiales compo nentes vnam tertiam. Quare in qualibet compa ratione tria exiguntur duo scilicet extrema com/ parata ⁊ tertium in quo fit comparatio: ⁊ illud tertium oportet q̄ cuilibet extremorum insit ꝟm predicationem ⁊ quod vniuoce de eis dicatur: aut ꝟm magis ⁊ minus:aut ꝟm maius ⁊ minus: aut ꝟm equalitatem : propter primum inter ni/ cem ⁊ corruum non est comparatio in albedine: propter secundum inter stilum ⁊ vocem non exi/ stit comparatio in acutie: propter vltimum con/ stat q̄ sortes ⁊ plato possunt comparari in ratio nalitate: licet ipsa non suscipiat magis ⁊ minus neq; maius ⁊ minus:neq; vbicūq; est dare equa le est dare magis ⁊ minus sed bene ecōuerso.

¶ Auerrois cometo.26.dicit multū ⁊ paucum duplū ⁊ dimidiū nō sunt vniuoca vera: vniuoca enim sunt illa quorum diffinitiones sunt eedē voce ⁊ ratione:diffinitiones aūt istoꝝ sunt eedem ꝟm vocem ⁊ diuerse ꝟm rationē:⁊ sunt dicta nomina equiuoca.i.ambigua:vnde multū ⁊ paucum: du plum ⁊ dimidiū mathematice ꝓsiderata sunt eius dem rationis:nō autē si naturaliter cōsiderentur vnde si aliqua naturaliter ꝓparari debeāt: opus ē vt hēant subiectū idē,ꝓpiquū imediatū ñ remo tum tantū:vt dicit.27.est quoq; necessariū vt cō parabilia sint eiusdē nature.28. Et cometo.29. primo dicitur pro formis naturalibus sunt mate rie proprie ⁊ preparatiōes ꝓprie:ex quo videt q̄ genus nō est subiectū propinquū formaruz: forme enim alterius ⁊ alterius rationis exposcunt subiecta alterius ⁊ alterius rationis.2.de anima 24.26.⁊ ostēdit cōmentator q̄ linea recta ꝛ posſ sit fieri circularis:tamen rectitudo nunq; fit cur uitas. Ex his ergo oīb⁹ colligere potest aliquis de facili q̄ tria requiruntur ad comparationem que verissima est cōparatio.s.q̄ id in quo est com paratio fit vniuocū:⁊ accipiatur ꝟm esse proprīū quod habet in per se ⁊ primo susceptiuo ⁊ q̄ sit acceptū ꝟm speciē specialissimā:que q̄ nō diuidi tur per differentias essentiales appellat indiui/ sibilis:⁊ hec est cōparatio eorum que in esse pro/ prio ⁊ naturali cōsiderantur: extendēdo autem nomen comparationis:potest comparatio in ge/ neribus ⁊ transcendentibus reperiri.

¶ Tex.cōm.30.31.32.33.

Si igitur aliqs dixerit.

Sententia huius partis stat in hoc:non sunt ve/ locitates alterationis ⁊ translationis compara/ biles:cum non sit loci mutatio eiusdem speciei cū alteratione. Non est etiam motus circularis cō/ parabilis recto:cū nō sint magnitudo recta ⁊ cir cularis cōparabiles:diuersitas spatij super q̄ fit motus in rectitudine ⁊ curuitate infert distinctio nē motuū specificā:nō tamē queuis diuersitas ar guit motuum distinctionem specificam:vt dixi.5. phȳsicorū.33. motus ergo locales alterius ⁊ al/ terius rationis nō erūt adinuicē cōpabiles. ℣ Am pli⁹ possunt multe alteratiōes inueniri equeuelo/ ces hīdo respectū ad q̄litates ⁊ subiecta.naz ꝓp qualitates ⁊ subiecta vna alteratio ē velocior al/ tera. ℣ Rursus gñatōes ⁊ iterit⁹ dicunt equelo/ ces que sic se hñt q̄ p eas equali tpe generāt res eiusdem eiusdem speciei:mensurant autem generationes tempore ratione alterationū precedentiuz indu/ ctiones formarum.

¶ Auerrois cōmento.30.docet motum rectuz ⁊ circularem:⁊ magnitudiné rectā ⁊ circulare dif/ ferre specie:vnde iste terminus motus localis est terminus genericus cuz motus rectus ⁊ circula/ ris differant ꝟm speciē:verūtamen q̄ non est cō/ trarietas inter locū motus circularis ⁊ recti:quo niam non maxime distant illa loca:ideo nō cadit contrarietas inter illos motus. Motus autē cir cularis non differt a circulari ꝟm speciē primo ce li.24. Et si dicas contra:motus rectus ⁊ circula/ ris sunt species sub eodem genere nō maxime di/ stantes ergo illis est aliquid cōe vniuocuz:⁊ fific: ergo eterno ⁊ nō eterno est aliquid cōe vniuocuz. Item motus circulares orbiū celestiuz oriuntur a diuersis intelligentijs ⁊ sunt in orbibus existenti/ bus alterius ⁊ alterius ratiōis:ergo nō sunt eius/ dem speciei. Solutio est:motui celi ⁊ recto pōt eē aliquod cōe vniuocum:cum sit motus celi corru/ ptibilis ꝟm partes non ꝟm totum:eterno aūt sim/ pliciter ⁊ non eterno nihil pōt esse cōe vniuocum 10.methaphȳsice vltio. Vel ly motus erit genus analogū:⁊ motus rectus ⁊ circularis spēs analo ge.3.phȳsicoꝝ.5. Ad aliud dicunt orbiū celestiū motus circulares eiusdem speciei:quia fiūt circa idem centrū penitus:possunt aūt motus valde si miles inueniri in animalib⁹ diuersaꝝ naturaꝝ:ne qꝫ ꝓsentiendū est huic q̄ñe:orbes oēs mouent cir ca idem centrū penitus:ergo sunt eiusdē nature. ℣ Amplius ly linea est genus ad rectā ⁊ curuam in comparatione ad motus qui specie distant pp diuersitatē spatioꝝ recti ⁊ circularis: motus enim terre factus per corda specie seiungit a motu ter/ re facto per arcum.

¶ Circa cōmentuz.77. dicit Auerrois: ampli° ex hoc nomine simpliciter motus non intelligitur nisi motus localis: cū hoc nomen motus dicatur de motu locali ⁊ de alijs sm̄ prius ⁊ posterius ⁊ simplr̄ ⁊ sm̄ determinationē: horum autē de quibus nomen dicitur sꝫ prius ⁊ posterius ⁊ simpliciter ⁊ sm̄ determinationē: illud de quo dī prius est cā: cā est eius de quo dicitur posterius: considerandū est cōmentatorē non velle oppositū vnius quod sepe soleo affirmare: sunt eniz iste propositiones vere: accidens est ens: augmentatio: ⁊ alteratio sunt motus: materia est natura: ⁊ causa est: qꝛ ly ens significat substātiaz ⁊ accidens significatione vna inequaliter tamē: ⁊ falsuz est ꝙ terminus analogus positus per se stet solum pro famosiori: ⁊ opinat cōmentator ly ens simpliciter non predicari nisi de substātia: ⁊ ly motus simpliciter de motu locali: ex cōmuni quoq; mō loquendi: cū affirmatur hoc esse ens: intelligitur substātia vnde analogū analogia cause ad causatū tollit penitus vniuocationē: quā permittit analogū analogia perfecti ad imperfectū. ¶ Amplius obseruanduz: corporū simpliciū motus eē simplices cōpositoꝝ compositos: nascit aūt simplicitas motus ob carentiā intrinsece resistentie ad oppositū inclinantis: ⁊ hac ratione motus celi simplex est: resistit naq; orbis intelligentie ad oppositū motū non inclinans. Item reperitur vniformitas ⁊ difformitas ⁊ quo ad partes subiecti ⁊ quo ad tempus: ⁊ regularitas ⁊ irregularitas motus sunt differentie motus. Est itaq; motus celi vniformis non quo ad partes subiecti sed quo ad tempus: est ⁊ regularis: quia est a principio vno: primo celi.7. Hec igitur sunt que hac quarta sūma vobis declaranda duxeram: qua patefactum est motum localem priorem esse ceteris: ⁊ nullum motuz posse esse perpetuum preter orbicularem: quare ⁊c̄.

¶ Tex. cōm̄.78. vsq; ad.86.

Nunc autē volumus hoc. Presenti sūma que ē a textu cōmenti.78. vsq; in finē libri manifestat aperte primum motorē esse indiuiduuz ⁊ incorporeū. Est naq; intelligētia infinite potentie: qꝛ mouet eterno tpe. Est impartibilis: qꝛ nō est causata a subiecto.

¶ Circa cōmentū.78. Est in primis notandum cōmētatorē p motorez: animā: formā ꝯstituta ī esse per subiectū: supra.44.52. itelligere hec māliter esse causata: ⁊ lꝫ pcedant aliquo mō mām: qꝛ ipsa sunt illius cāe: nō tn̄ eam simplr̄ pcedunt: cuz ipsa a mā causentur: p motorē p se subsistentē vult itelligere formā causantē mām ⁊ cōpositū ⁊ nō eductam de potentia māe: ⁊ hec est cā ꝙ dixi.2.physicoꝝ.4. materias cuiuscūq; ordinis causari a formis: solū aūt formas: que nō sunt intellect° dependere a corpore ⁊ causari a mā. ¶ Est secūdo sciendum cōmentatorē formare rōez Aristo. hoc mō: pportio .Z. tpis ad .C. tps. ē cōposita ex pportōe .D. ad .A. ⁊ .E. ad .B. qꝛ tps vtriusq; motus sequitur pportionē motoris ad mobile: proportio aūt .D. ad .A. finita ē: qꝛ .D. ꝯsumit .A. ⁊ pportō .E. ad .B. est finita: qꝛ .E. ꝯsumit .B. sed ois pportio cōposita ex pportōib° finitis ē finita ergo pportio .Z. tpis ad .C. est finita ergo .C. tps non est infinitū: ergo mouens: mobile: ⁊ tps quo ad finitatē ⁊ infinitatē confir se habent. ¶ Est tertio obseruādū ꝙ vī esse ꝯdictio in dictis cōmentatoris hic ⁊ in.7°. physicoꝝ.35. hic affirmat totū mouens mouere totū mobile maiori tpe q̄ȝ pars mouentis partē mobilis: in calce septimi dī in eodez tpe totum ⁊ partem moueri a toto ⁊ parte. Dicit Egidius ppositionē Aristotelis hic esse verā nō absolute sed respectu alicuius determiati spatij. Uult Albertus eas ptes motoris ⁊ mobilis sumi inter quas minor est resistentia q̄ȝ inter motorem ⁊ mobile totū: ⁊ his partib° sic sumptis optime ꝯcludit ꝙ totus motor moueat totum mobile tpe finito. Dico aūt ego ppōnez Aristotelis.7°. physicoꝝ.35. intelligēdā esse vbi resistentia diminuit in parte mobilis: ꝯstat aūt equalē esse resistētiam toti° celi ⁊ ptis celi cum maior q̄ȝtitas nihil faciat ad resistentiā: ⁊ iste locus diligenti indiget ꝯsideratione. ¶ Quarto aduertendū ꝙ si totum mobile ⁊ pars eius equaliter toti mouenti ⁊ parti eius resisterent nō cōponeret pportio temporū in quibus constituunt motus ex pportionib° motoꝝ ⁊ mobiliū: sed si diminuatur virtus motiua stante equalitate resistentie: opus est pportionez temporꝝ cōponi ex pportionib° motoꝝ ⁊ mobiliū ⁊ procedit demonstratio Aristotelis iudicio meo valde difficilis. ¶ Quinto considerandum proportionē aliquā ex datis pportionibus componi cuius denominatio pducitur ex denoīationibus: aliter octupla nō esset dupla ad quadruplā: neq; ex cōmento oppositū colligit qꝛ pportionē .Z. ad .C. cōponi ex pportiōib° .D. ad .A. ⁊ .E. ad .B. est. tempus .Z. ⁊ .C. sequi pportionē motoꝝ ⁊ mobilium: vt ipsemet cōmentator explicat. ¶ Preterea in digressione vult Auerrois ꝙ q̄uis a celo nihil posset subtrahi hec tn̄ ꝯditionalis est vera: si a celo aliqua pars auferat: pars illa mouebit aut mouebit in minori tpe q̄ȝ totum: nihil eiz phibet ꝯditionalē esse verā cuius antecedens est impossibile: quicquid aūt tollit veritatē ꝯditionalis vere falsum est: lꝫ antecedens ꝯditionalis sit falsuz: veritas aūt predicte ꝯditionalis nō pōt stare cū hoc ꝙ finitū moueat tpe infinito: vt in notabilib° patuit: quare infert Cōm̄. corrolarie Auic. ⁊ Gal. nō huisse mētē Ari. ¶ Itez ī hoc cōm° appellat Auer. corpora celestia materias simplices: ⁊ hec est mā in actu fixa forme abstracte.2. caplo de sba orbis: que.8. methaphysice.12. noīatur materia solū localiter mobilis: cū tantū mutationi locali substernatur: ⁊ qꝛ nō est actuabilis forma quā nō habet dicitur mā in actu: ⁊ impossibile est ꝙ orbis subiectus intelligentie dicatur forma: sed nihil phibet vt sit materia.9. metha.17. ¶ Postremo sciēdū celum cōponi ex intelligētia ⁊ mā in actu: ideo ex mā ⁊ forma: qꝛ tn̄ tpe Auicēne p compositiōez ex materia ⁊ forma intelligebatur cōpositū ex materia in potentia ad nouas formas sbales suscipiēdas: aliquādo negat Auerrois celū esse cōpositū ex mā ⁊ forma: vt hic ⁊.2. celi.71.

¶ Ratio textus cōmenti.79. si in magnitudine finita sit virtus infinita: virt° finita ⁊ infinita possent mouere idē mobile in equali tpe: qꝛ cum vtraq; magnitudo sit finita: vtraq; virtus mouebit in tempore finito: licet vna in maiori ⁊ alia in minori: augeatur ergo virtus finita sm̄ pportionē sm̄ quam vnū tps excedebat aliud: ⁊ tūc virtus finita ⁊ infinita mouebunt in equali tempore.

¶ Circa comentū.79. in primis aduertendum cōmētatorē velle hic pbare deum non esse corpus cōpositū ex materia in potentia ⁊ forma: neq; virtutem eductā de potentia materie: hoc medio: qꝛ mouet sempiterno tempore: ī secūda sūma huius octaui demōstrauit sufficientissime primū motorem nō esse corpus celeste: hac demōstratiōe: corpus celeste mouetur ab alio: qꝛ omne qd̄ mouet: mouetur ab alio: primus motor est penitus imobilis per se ⁊ p accidens: non erat itaq; deus corpus celeste: ⁊ hoc est quod dicit hic commentator

non pōt forma in cōposito ex mā ⁊ forma agere actione infinita: ⁊ colligit māz celi nō esse eiusdē rōnis cuz mā horuz inferiorū: qz ois potētia in mā est finite duratōis: siue sit actiua: siue passiua pz̄mo phȳsicoꝝ. 81. ⁊ in de ſba orbis capitulo. 3. virtus aūt celi ē sempiterne duratōis: siue sit actiua: siue passiua. ℣ Rursus attendēduz hanc eē rōem cōmentatoris: potentia maior plus agit q̄ potentia minor: ⁊ iō qz potentia infinita est maior in infinituz oi potentia finita: ⁊ ois potētia finita moueat in tpe: potentia infinita mouebit in instanti: aliter potentia finita ⁊ infinita eodez tpe possent in eādē actōez: qđ ꝓcludēdū ē potētiā ifinitā agē actionē infinitaz: vñ data q̄cūq; virtute finita cuiuscūq; magnitudis ⁊ excellētie pt maior virtꝰ augeri ad excessuz maioris. ℣ Amplius notādū potentiaz passiuā in corpore ꝓposito ex mā ⁊ forma infinitā esse nō posse: aliter vnū infinitū esset maius alio infinito: posito enim corpore corruptibili suscipere motionem in infinituz: maius illo longiori tempore susciperet motionem: ⁊ quia corpa celestia nō sunt eiusdez speciei: nec eiusdē generis vniuoci pñt fine incōuenienti sempiterno tpe moueri: nō obstante ꝙ vnū sit maius alio. ℣ Iterum notat cōmentator potētiaz posse dici infinitaz tpe ⁊ vigore: potentia finita duratōe infert corruptibilitatē: potētia aūt celi finita est vigore: ⁊ tpe infinita: vñ in corporibꝰ celestibꝰ dimensiones reddūtur finite a finitate vigoris intelligentiarum: finitas autem corporum subcelestium arguit finitatem temporis ⁊ vigoris formaruz oīum subcelestiuz. ℣ Itē notādū est ⁊ multū vtiliter: potentiaz positiuā cuiuscunq; corpis ⁊ eterni ⁊ caduci finitā esse: pz̄iuatiuā aūt perpetuā: terre potentia pz̄iuatiua ad semp quiescēdū ⁊ celi potentia pz̄iuatiua ad nō corrūpi pp deffectū causaruz corruptionis: materie. ſ. ⁊ cōtrarietatis reperte in formis: sunt ante retroq; sempiterne: ⁊ hac potentia pz̄iuatiua nō est maior potētia totius celi q̄ ptis celi: ⁊ hec oīa satisfaciunt cōmentatori. ℣ Preterea in digressione format Auerrois istā rationē: omne habens potentiā finitaz est corruptibile: celuz habet potentiā finitā. 2. celi. 71. ergo celuz nō poterit perpetuo durare: colligitur aūt potentiā celi esse finitā: ex hac ꝓña: celum si hz plures stellas fatigatur. Tum ēt: qz dimensiones celi sunt finite: cuz ergo corpus celeste sit alterius rōnis a corpore mortali falsuz erit ꝙ oē corpus sit finituz in tpe: ⁊ hec est rō quaz Auerrois appellat difficilem ⁊ scrupulosam. ℣ Ulterius sciendum Alexandruz ⁊ Auicēnaz cōcessisse celo habēti mām in potētia cāz corruptibilitatis positiuā: eternitatez: ⁊ ideo errauerūt: Auer. aūt posuit mām celi ⁊ horuz inferiorū alterius esse rōnis: vna erat cā positiua corruptibilitatis: altera pz̄iuatiua: materia nāq; celi ex se nō existeret nisi intelligentia illi assisteret ⁊ daret esse. ℣ Rursus scōa dubitatio cōmentatoris stat in hoc: si potentia mouens corpora est infinita: mouet in instanti: ergo eadē rōne potentia infinita mouens nō in corpore movebit in non tpe. Responsio Auer. est: ꝙ potentie q̄ non est in magnitudine nō cōpetit ꝙ fit finita vel infinita: ⁊ hz supꝰ dixerit Aristoteles potentiā mouentez eterno tpe esse infinitaz: ⁊ ois forma q̄to perfectior est tanto est magis actiua: ꝯ ob hoc ꝙ forma est separata a magnitudine cuz sit pfectior ab ea nō remouebit infinitas: nihil minus eandē substantiaz vt separatam consequitur esse finem: vt animā consequitur efficiens: vnde deus vt efficiens dependet a seipso vt finis: eternitas autem est effectus independentie: quare ipsi deo vt efficiens cōcedit finitas vel ifinitas: vt finis vo nec est deus finitus: nec infinitus. ℣ Postremo obseruanduz est omnes intelligentias moucre eterno tpe: qz respiciunt finez intrāsmutabilē: vez q̄ q̄tū ē ex se possent respicē finē trāsmutabilē ñ vt intelligētie sunt sed vt sunt mouētes ob finē: iccirco quantū est de se nō faciunt medie intelligentie eternuz motū: sed prima intelligētia est que facit motū eternū. 4. capło de ſba orbis: vltra enīz primam intelligentiā datā primo celo sunt alie intelligentie ceteris orbibus applicate primaz intelligentes ⁊ amantes: suosq; orbes certis velocitatibus revoluentes quibꝰ oībus motibus largit̄ prima conditiones motus prime appropriati. eternitatē. ſ. ⁊ esse ab oriente p meridiez: vt dixi supra 48. 52. ⁊ hec est cā ꝙ soleo dicere: tps ideo sequi motū primi mobilis dūtaxat: qz tm̄ ille motꝰ ē simpliciter eternus ⁊ independens.

¶ Circa cōmentuz. 80. dubitat Auerrois: qz videmus interdū in maiori corpore minorē esse virtutem q̄ in maiori: ergo in corpore infinito poterit esse virtus finita. Solutio est: corpus finitum maius pōt augeri ad excessum virtutis corporis minoris ⁊ cū corpus infinitū in infinitū duplicari supra oēm magnitudinē finitaz possit: potentia corporis infiniti in infinitū q̄cūq; positaz finitaz facile superabit: propterea nō erunt inuicē cōparabiles potētia corporis finiti ⁊ corporis ifiniti. ℣ Preterea formaī hec ꝓña. pars. B. C. mouet in tempore. E. Z. ergo dupla magnitudo mouet in duplo minori tpe: q̄ tenet ꝓsupposito magnitudinē infinitā esse vniformē per totū: vnde si pars B. C. moueat i. E. Z. tpe finito: dupla magnitudo duple virtutis poterit mouere in medietate tēporis: ⁊ tripla triple potentie in tertia pte tpis: ⁊ sic in infinitū. ℣ Rursus dicit hic cōmentator potētiam infinitā in corpore infinito crescere p augmentū

mentū corporis in infinitū: ergo maior q̄titas faciet ad augmentū virtutis ⁊ resistētie cōtra id qđ approbauimus supra. 78. Dico in augmento p solaz rarefactionē virtutez nō maiorari nec potētiaz: qz cōtinue eadez mā permanet ⁊ eadem forma in augmento nō p rarefactionē solū: qz addit quantitas: mā: forma ⁊ pñs virtꝰ ⁊ potētia: vera est propositio Aristotelis hic ⁊ id quod supra approbauimus.

¶ Circa cōmentū. 81. sciendū ꝙ si esset infinitus ignis habēs potentiā finitā: finitū mēsuraret infinitū: ⁊ pars esset equalis potentie cuz suo toto: ⁊ hec ꝓpositio. In maiori quāto ē maior virtꝰ: posita est. 4. metheorū. 13. ⁊ primo ⁊. 3. capitulis de substantia orbis.

¶ Circa cōm̄. 82. intelligendū p̄mo cōm̄. inducere talem difficultatez. Quo projecta mouentur a projiciente: qñ projiciens non tangit ꝓiectuz: vn. primo projiciente qescente totū motum cessare oportere: neq; aer prosequeret impellendo nisi a primo motore moueret: ⁊ sicut prioritas q̄ magnes trahit ferrū propinquū priusq; remotū est cālitatis vel nature: ita ea qua projiciens prius mouet aerez q̄ lapidez. ℣ Est scōo aduertenduz Auer. sentire projecta in vacuo transferri nō posse: imo nec in elementis extremis: cū ipsa ad vnā tm̄ positionis ptem nāliter iclinent: at aer ⁊ aqua ⁊ media inter hec instra sunt idonea p̄mo motu projecto. perficiēdo: hec. n. cū grauibꝰ grauia: cum leuibus leuia dicunt. 3. celi. 28. ⁊ dicebat Albertus magnus. 3. celi. 28. elemēta extrema nō deseruire motui ꝓiectōis: tuz pp ficcū: tum qz ad vnaz tm̄ positionis ptem nāliter inclinant: quare cū elementa extrema nō possint recipere impetꝰ: quia carēt humiditate: est nāq; cōplexio humida apta receptōi: sicca retentioni nō poterūt talia elemēta motui ꝓiectionis deseruire: nō sum ꝙ cū illis q credūt ignē posse deseruire ascensū lapidis sua leuitate p se: ⁊ descensui per accidens: inquātū moueret se supra lapidē: non est dicēdū ignē vt diuisibilis est a re mota satisfacere: veluti ⁊ aer dū necessarius vt est corpꝰ passiuū ⁊ diuisibile: qz potissima cōditio requisita in medio ꝓiectoꝝ ē talis ī petus qui cū nullatenus possit suscipi in elemētis extremis habeā intētuz. ℣ Amplꝰ cōsideranduz ꝙ in corporibus terrestris ⁊ ex se figuratis: ad motum primi mouētis mouent insimul oēs ptes talium corporum ⁊ ad quietez illius quiescunt oēs ptes talium corporū: ⁊ hoc in aqua ⁊ aere nō licz intueri: ne inūdatio totius mūdi fieret: vel corporum penetratio: non est ergo admirandū si in ꝓiectis cessante primo nō cesset aer vt aqua ob hoc moueri: aer. n. ⁊ aqua figuram tantū hñt merito continentis. ℣ Rursus attendēdū ꝙ in aere ⁊ aqua non fit perfecta ab extrinseco penetratio: qz aliter non plus aqua moueret q̄ esz quātitas lapidis ꝓiecti: sz in ꝓiectione aer primo a ꝓiciēte cōdēsat: deinde p nām suā rarefit cōdēsando aerē sibi imediatū ⁊ hoc vt lōgo spatio fieri possit ꝓiectio: vñ aer vt pticipat nām corpis: sic diuersi motꝰ locales se impediūt adinuicē: nō. n. poterūt in eadē pte adequate eē diuersi motꝰ locales ad ꝓprias positiōis dūtaxat: vt aūt hz nāz spūs: sic in diuersis partibus eius pñt eē diuersi motꝰ ad ꝓprias dūtaxat positionis: cōdēsatio. ſ. ⁊ rarefactio: aut plures rarefactiones termios oppositos respicientes. ℣ Preterea sciendū motū aeris in ꝓiectione esse nālem: ꝓiecti violentū: qui nō est vnꝰ ⁊ cōtinuus a principio vsq; in finez: sed diuersificantur motꝰ: sicut sunt diuerse partes aeris deferentes ipm lapidē. Prima enim pars aeris defert per tps lapidez. Scōa pars aeris iteruz motu discōtinuo a primo mouet eundē lapidez: patet exēplo de naui mota in aqua: pp ergo penetratōez impfectā nō oz vna parte aeris mota oēs alias moueri: ⁊ cum a projiciente aer recipiat principiū mouēdi actiue ⁊ passiue: in ꝓiectione aer per se mouet: nō lapis: ⁊ hoc recipere aeris est pp ꝓpinqtatē eius ad nām primē mātē. ℣ Ulterius notandū expulsionē fieri ab aere per virtutē impressaz a ꝓiciente de nouo: q̄ virtus est qualitas de secūda specie generata in instanti in quo incipit expulsio in quo instanti nō mouet illa virtus sz imediate post. ℣ Postremo obseruandū est: quo nam pacto fiat motus ꝓiectionis: varie sunt opiniōes. Existimauit Plato solam successionē partium aeris esse cām motus ꝓiectoꝝ: itaq; vna pars aeris alterā exppellēdo eidē succedebat in eodē loco: ⁊ hoc modo mediū succedens ipellebat mobile: vnde quēadmodum pellitur lignū ab aqua in ꝓiectōe lapidis in aquā lapis. n. ꝓiectus in aquā: vnā. ꝓducit circulationem pellentē lignū: mox causat alia circulatio in loco in quo primo erat lignū iterū pellens lignū: ⁊ sic donec quiescat lignū: ita mouet lapis sursū. ℣ Cōtra positis quattuor lapidibus seinuicē tangentibus pellens primū ad locū secūdi: pellit secundū ad locū tertij ⁊ tertiū ad locuz quarti: ibi ē successio pulsionis: tm̄ ibi nō est ꝓiectio. ¶ Scōa est opinio: vt fiat ꝓiectio p fugaz vacui: qz ne detur vacuū. aer posterior insequit aerē anteriorem diuisuz. ℣ Cōtra ꝓtinuaret motus vsq; ad ꝙauū lune. Itē impleto vacuo nō ꝓicerēt lapis vltra. ¶ Tertia est opio: vt fiat talis motus p impetuz datū impulso. ℣ Contra: talis motus esset nālis ⁊ ꝓtinuꝰ: ⁊ posset fieri in vacuo: qz ibi esset resistētia intrinseca ⁊ motor intrinsecus. ¶ Quarta ē opinio Auer. imaginātis ꝙ sicut in vndatiōe maris vna ꝓcella defert p tps nauim in quo tpe causat

alia ꝓcella ad quam expellitur nauis:ita in aere
pria ps ꝯdẽſata ſtãte ꝯdenſatõe ſecũ portat lapi/
dẽ:cũ aũt icipit rarefieri.alia ps aeris ꝯdẽſať ad
quã ꝓijciť lapis vna cũ virtute motiua. Et ſi di/
cas ꝯ:ſtat aliqd moueri ꝯ ventũ.Et rota veloci⁹
moueť remoto p̄io mouẽte:qd nõ põt eſſe niſi pp
impetũ acqſitũ in rota:aer.n.nõ mouet illã rotaꝫ
circulariter.Solutio primi ẽ:nõ tolliť ab aere vir
tus motiua flante vẽto:ẽt ſi remittať aut depdať
ab aliqua pte aeris. Ad ſcdm:manus in deſcẽſu
rote motũ adiuuat:in aſcẽſu ipedit:apd ğ Auer.
mediũ ipulſuꝫ moueť a ſua forma ꝛ portat proie/
ctũ ꝛ ſic ꝓiecti mot⁹ eſt aliquo mõ nãli ſiřis ꝛ aliq̃
mõ violẽtus:vt aer a ſe nãliter motus portat lapi
dẽ:facit motũ lapidis aliq̃ mõ nãli ſimilẽ:vt autẽ
mot⁹ ẽ ꝯ iclinationẽ ꝓiecti ſic ẽ violẽt⁹.3.celi.28.

¶ Circa com.83.attendẽda eſt ꝯdictio in dictis
Auer.hic ꝛ.12.metha.44.hic aſſerit vni⁹ mot⁹
ꝯtinui tm̃ eẽ vnũ motorẽ:ħ idẽ hř.12.metha:43.
at.12.metha.44.vult motũ planete a pluribus
motorib⁹ ꝓuenire. Solutio eſt: vel vni⁹ mot⁹ nõ
pñt eẽ pl'res motores ſucceſſiue:ſꝫ bñ plures mo
tores ſimul eẽ pñt vni⁹ mot⁹ ꝯtinui: vel dico ꝙ ħ
nõ pugnãt adinuicẽ:planete moueñť ab vno pn⁹
tm̃:ꝛ moueñť a plurib⁹ motorib⁹ effectiue:exiſti/
mo.n.aliq̃ moueri ab vno pn⁹ tm̃: qñ actiuo pn⁹
mot⁹ intrinſeco nihil intrinſecũ reſiſtit trahẽs ad
oppoſitũ.⁋ Preterea in eodẽ cõmẽto hꝫ cã fati
gatõis q̃ eſt ꝙ forma dũ mouet moueať:qd cõue/
nit formis eductis ð potẽtia mãe:nõ intelligẽtijs.
Et paulopoſt dicit Auer.in celo eẽ neceſſitatẽ in
mõ recipiẽdi:in motore vero in mõ agẽdi:intelli/
gendo nõ de neceſſitate coactiõis ſꝫ neceſſitate q̃
effect⁹nãlis eſt inſepabilis a cã:mot⁹ ãt circular]
nãlř ꝛ proprie ſequiť aĩam.2.capľo de ſſba orbis.

¶ Circa cõmentũ.84.Dico p̄io: ĩtelligẽtie lo/
caňť per operationẽ in celo:nõ aũt locaňť: ĩtelli/
gentia.n.p nãm ſuã nõ eſt in loco: neqꝫ in aliqua
loci dĩa:ꝛ ſoleo dicẽ locari p opationẽ tm̃ ñ eẽ lo
cari:ꝛ diſtictionẽ ð eẽ in loco circũſcriptiue:diffi/
nitiue ꝛ pñtialř nõ ſatiſfacere peripateticis.Di/
co ſecũdo:oẽ qd moueť hꝫ corp⁹ qeſcens circa qd
reuoluiť:ꝛ virt⁹ quieſcẽtis dꝫ eſſe firmior virtute
illi⁹ qd moueť:ꝛ ſi alř eẽt: totũ expelleref:exiſten
tia ğ mũdi his duabus virtutib⁹ pficiť. ſ.virtute
qetis ꝛ virtute mouẽdi que eſt ꝯria illi.ꝛ dicebat
Auer.5.capitulo de ſubſtantia orbis. Et iõ dicit
ꝙ qes que ẽ in ea cõtigit neceſſario vt ſit fortior
virtute celi qua moueť:vñ terra hꝫ potẽtiã priua
tiuã ad ſemp qeſcẽdũ pp abñtiã cãe potẽtis mo/
uere eã:ꝛ cã cõſeruatiua qetis terre ẽ ipam eẽ me
diũ motus circularis.2.celi.102.terra nãqꝫ vt cẽ/
truꝫ: habet ꝙ quieſcat: vt corp⁹ nãle ꝙ moueať.
Dico ťtio:q̃ ꝓping⁹ ſũt p⁹ motori veloci⁹ moueť
ꝛ ẽ illud ꝓfecto intẽſius qd ſũmo ẽ ꝓximi⁹: ſꝫ nõ
ꝙ i ea ꝓportiõe ſit intẽſi⁹ in qua magis appropi/
quat: vt ſoleo dicẽ legẽdo tractatũ calculator] ð
intenſione.

¶ Circa cõmentũ.85.86.ſciẽdũ eſſe determina
tũ:primũ motorẽ eſſe eternũ:eſſe vnũ: eſſe ĩfinitũ
in duratiõe:eẽ extra magnitudiuẽ:ꝛ pp hec quat/
tuor:oĩa que dicta ſunt:adducta fuerũt:voluit.n.
Ariſtoteles terminare cõſiderationẽ cõem ð re/
bus nãlib⁹ in primo pricipio totius nãe a quo cũ
cta depẽdẽt.12.methaphiſice.38.cui laus:honor
ꝛ gloria debeňť:ꝛ ita hec ꝓpõ abſtractũ eſt: eui/
dentiſſime deducta eſt:via mot⁹ nãli phõ ꝓpria.

Digreſſio.

¶ Ut lectiõib⁹ pñtis ãni finẽ tandẽ iponã opta
tum de deo queraf.Utrũ ipe ſit finiti vigoris: ad
mẽtem Ariſtotelis ꝛ Auerrois.In primis vř ꝙ
ſit infinite potẽtie:hac rõe prima.Illã potẽtiã at/
tribuit phs p̄io motori quã ꝓbat nõ poſſe eſſe in
magnitudine:ſupra.78.ſed ꝓbat infinitũ i vigo
re nõ poſſe eſſe in magnitudine:qr ex virtute infi
nita in vigore ſequiť mot⁹ in inſtãti:nõ aũt ex vir
tute infinita in duratiõe:ergo deus eſt infiniti vi/
goris.⁋ Ampli⁹ cõtinens vnã formã actu eſt ali/
quãte pfectiõis:ꝯtinẽs duas maioris: ergo conti
nens actu infinitas eſt infinite pfectiõis: ſed oẽs
forme que ſunt potẽtia in materia ſunt actu i pri/
mo motore.12.methaphyſice.18.ergo prim⁹ mo/
tor eſt infinite pfectiõis:neqꝫ obſtat ꝙ Auerrois
mõ aſſerat formas actu eẽ: modo potẽtia in p̄io
motore ꝛ prima mã.12.methaphyſice.18.24.36.
mã nãqꝫ antequã hẽat formã eſt in potẽtia ad eã.
ꝛ de⁹ eã ad actũ reducit: mã actuata formis po
tuit reduci de potẽtia ad actũ.⁋ Rurſus ĩtelligẽ
tie medie ſunt finitarũ potẽtiaꝝ:appetibile ab ip
ſis infinite potẽtie:tale appetibile ẽ de⁹: ergo de⁹
eſt infiniti vigoris. rõ eſt Auerrois.4.capite de
ſubſtãtia orbis exiſtimantis intelligẽtias medias
quãtũ eſt ex ſe motũ nõ cõſtituere eternũ.

¶ Ad oppoſitũ arguiť p̄io:qualis eſt ꝓportio
virtutis ad virtutẽ:talis eſt ꝓportio mobilis ad
mobile:ſed virtus finita põt mouere mobile fini/
tum;ergo virt⁹ infinita intẽſiue mobile infinituꝫ:
ſꝫ hoc ẽ ipoſſibile:qm̃ ſi eẽt corp⁹ infinitũ nõ eſſet
mobile: vt Ariſtoteles demõſtrat p̄io celi a.33.
ad.76.⁋ Rurſus virt⁹finita mouet i tpe:ğ virt⁹
infinita in nõ tpe:deduciť ꝯña:qm̃ qualis ẽ ꝓpor
tio virtutis ad virtutẽ:talis ẽ ꝓportio tpis mẽſu
rãtis motũ vtrũqꝫ:ſꝫ finite virtutj ad ĩfinitã vtu/
tẽ nulla ẽ ꝓportio:ergo nec mẽſure ad menſurã.
⁋ Iterũ ſi tãta virt⁹ in tãto tpe ꝛ maior in minori
ergo infinita in nullo:ergo i inſtãti:ſed claudit cõ
tradictionẽ motũ fieri i iſtãti:cũ mot⁹ſit eẽntialř
ſucceſſiuus

ſucceſſiuus ꝛ affirmatio vni⁹ ptis prioris inferat
negationẽ alteri⁹ptis poſterioris.⁋ Itex:virtus
infinita intẽſiue excludit a motu ſuo oẽm aliã vir
tutẽ:ita ꝙ nulla virt⁹ poſſit i motu cõcurrere: qm̃
cã totalis excludit ab effectu ſuo oẽm aliã cãm to
talẽ vel ptialeꝫ:ergo ſupflui ꝛ ocioſi eẽnt omnes
alij motores a p̄io.⁋ Item principalř arguiť ſic.

¶ Preſuppono p̄io:ꝙ opi.q̃ tꝫ ꝙ ꝓportio ve/
locitatũ in motib⁹ inſequaf ꝓportionẽ ꝓportio/
nũ potẽtiaꝝ mouentiũ ſupra ſuas reſiſtẽtias non
claudat contradictionẽ.⁋ Preſuppono ſcdo: ꝙ
vtar ꝓ nũc iſto termio mot⁹:quaten⁹ ẽ ipoſit⁹ad
ſignificandũ oẽs mutatiões diuiſibiles ꝛ iparti/
biles:tẽporaneas ꝛ momẽtaneas: qua ſignifica/
tiõe vtiť Ariſtoteles.3.phy.6.5.phy.7.ꝛ i poſt/
pdicamẽtis.⁋ Proponiť hec ꝯña:De⁹ ẽ infiniti
vigoris applicat⁹ p̄io mobili ad mouẽdũ ſꝫ to/
tã ſuã potentiã:ꝛ mouet de facto imediate primũ
mobile ſꝫ totũ ſuũ poſſe:ergo mouet in inſtanti ꝛ
menſura indiuiſibili.⁋ Rñſio:ex illo antecedẽte:
iferri dꝫ:ergo in ifinito modico tpe mouet ꝛ infi
nita velocitate:ꝛ nõ dꝫ iferri:ergo mouet in inſtã
ti:ꝛ capiaf cũ dĩ infinita velocitate:ly ĩfinita ſyn
chategoreumatice.⁋ Cõtra:vbi ĩfinita velocita/
te mouebit mouẽs:neceſſario inueniť ſucceſſio cõ
tinua:vel ex pte mouẽtis: cui⁹ virt⁹ maioreť ſuc/
ceſſiue cõtinue:vel ex pte diminutiõis reſiſtẽtie in
infinitũ: ita ꝙ nunqꝫ erit verũ dicere:ĩfinita velo
citate mouet mouẽs:vtputa ſi ignis agat i aquã:
ſtante potẽtia ignis: diminuta reſiſtẽtia ſucceſſi/
ue ꝯtinue p ptes ꝓportiõales minorib⁹ termiatis
verſus nõ gradũ reſiſtẽtie:ĩfinita velocitate aget
ignis ꝛ in infinito modico tpe: qr tamẽ nũqꝫ erit
ita ꝙ reſiſtẽtia ſit diminuta in infinitũ:nunqꝫ infi
nita velocitate agit. At in caſu argumẽti:ẽ deus
applicatus primo mobili actu ſm totã ſuã poten
tiam:ꝛ nõ ẽ ſucceſſio ibi aliqua ex pte mouentis:
neqꝫ ex pte mobilis:vt poniť in caſu.Quare ego
dico ꝙ ſi de⁹ ſit actu applicat⁹ p̄io mobili imme/
diate ad mouẽdũ ꝛ moueat ĩmediate ſꝫ totũ ſuũ
poſſe ꝛ ſit infiniti vigoris:ꝙ nõ põt inferri:ꝙ mo
ueat in infinito modico tpe:ſꝫ dꝫ iferri ꝙ moueat
in inſtãti ꝛ in mẽſura indiuiſibili.⁋ Sꝫ quicqd ſit
ſatis ẽ ꝙ iſta ſit mẽs Auer.2.celi.63.Si de⁹ ingt
eẽt ĩfinit⁹ in vigore:mot⁹eẽt in inſtãti:ꝛ corp⁹mo
tũ eſſꝫ ĩfinitũ:qr mouet nãliter ꝛ ſꝫ vltimũ ſui poſ
ſe:ꝛ.12.methaphy.44.dĩ ſſbas abſtractas mo/
uẽtes excedere ſe i nobilitate ſm ordinẽ ꝛ magni
tudinẽ celoꝝ:ꝛ illd qd dixerũt alij:ñ ſatiſfacit Cõ
mentatori vꝫ ꝙ ſi de⁹ eſſet in magnitudine moue/
ret ſm vltimũ ſui poſſe nõ tñ exiſtẽs extra magni
tudinẽ;qr apud Cõmentatorẽ De⁹ mouet de ne/
ceſſitate nãe:ſiue ſit in magnitudine:ſiue extra: ğ
ſm vltimũ ſui poſſe.⁋ Solutio p̄ie rõnis ẽ: non
ꝓbat Ariſtoteles priaria intẽtõe virtutẽ infinitã
intẽſiue nõ poſſe eẽ in magnitudine:ſed pricipalř
oſtẽdit infinitũ in duratiõe nõ poſſe eẽ in magni/
tudine:exquo ſeqť infinitũ i vigore nõ repiri poſ
ſe in magnitudine:vñ ſi virt⁹ infinita in duratiõe
eẽt in magnitudine ꝛ moueret eterno tpe eẽt infi
niti vigoris ꝛ moueret in inſtanti: que ꝯña tꝫ hoc
fundamẽto:oĩs virtus in magnitudine ẽ fatiga/
bilis:at virt⁹ fatigabilis nõ põt cõtinuare actum
ppetuũ niſi ꝯñter addatur ſibi aliqua virt⁹ forti/
ficans:vel niſi totã illã virtutẽ ſimul hẽret ex ſe:ſꝫ
cũ nihil ſit prius prima intelligẽtia: oportebit ip/
ſam p̄mã ĩtelligẽtiã totã illã vtutẽ ſimul hře:ꝛ ita
ſi ĩfinito tpe mouens ẽ aliq̃ vt⁹ i magnitudine:ĩfi
niti vigoris ẽ:ꝛ ſi ſic i iſtãti mouet.⁋ Solutio ad
ſecundã eſt:ꝯña non valet:patet de ſole ꝯtinente
virtualiter oẽs effectus nouos reales.⁋ Ad ter/
tiaꝫ:intelligentie medie vt ſunt mouẽtes pp finẽ:
poſſunt reſpicẽ finẽ trãſmutabilẽ:iõ qꝫtũ eſt ex ſe
nõ mouerẽt eterno tpe:vt intelligẽtie ſunt ꝛ reſpi
cientes finẽ intranſmutabilẽ eterne mouent. Eſt
itaqꝫ deus pp ſuã indepẽdentiã qui ſempiternuꝫ
motũ ꝓducit:vbi nãqꝫ theologi deũ faciunt infi/
niti vigoris. Peripatetici ipſuꝫ idepẽdentẽ ſim/
pliciter arbitraňť:quare ꝯcludo ꝙ mot⁹celi qua/
tenus pendet ab intelligẽtia efficiente ꝛ aĩa eſt fi
nitus:vt pendet a primo fine oĩuꝫ motuũ celeſtiũ
vniuerſali:fine dico eterno ꝛ intranſmutabili mo
tus ante retroqꝫ eſt ſempiternus:Hec itaqꝫ dile/
ctiſſimi obſequentiſſimiqꝫ diſcipuli dogmata exi/
ſtunt quibus ingenia veſtra hoc ãno excitãda ele
uãdaqꝫ ꝓpoſuerã. Et queadmodũ dignati eſtis
maxima cum ſollicitudine:beniuolentia ꝛ obſer/
uantia:preſenti ãno noſtris intereſſe lectionibus:
ita ãno futuro vos expectabo ad tres libros de
aĩa:ad Tractatũ Auerrois de ſubſtantia orbis:
necnon ꝛ ad duo de generatione ꝛ corruptione
volumina.quare ꝛc.

FINIS

¶ Hẽtis ſacre phye cultores candidiſſimi enar
ratões in octo libros auſcultatorios Ariſtotelis
ꝛ Auerrois a Tiberio Bacilerio Bononienſi
viro nr̃i ſeculi celeberimo: in felici Ticinẽſi acha
demia lucubratas.

¶ Cum priuilegio cõceſſo a Sereniſſimo xpia/
norũ Rege Jacopo ð pauciſdrapis de Burgo/
francho:ne aliquis audeat neqꝫ pſumat hanc le/
cturaꝫ imprimere:nec ĩprimi facere:nec in alio lo
co impreſſa in dñio nr̃o exportare: nec exportari
facere:ſub pena in lr̃is Regalibus contenta.

Digressiones phemij

primi phyſicoꝝ.

Nūquid quattuoꝝ cāe a methaphyſico ꝓſiderari poſſint. 3.
Utrū res ſenſibilis ſit p mām aut p formā. 3.
Utrū de rebꝰ nālibꝰ poſſit tractari ſciētifice. 3.
Utrū oiuz cōclusionū nāliū ſit habitus vnus numero. 4.
Utrū nālis phya ſit ſuaz ſpeculatiua. 4.
Utrū naturatū vt hz in ſe principiū motꝰ ⁊ getis ſit ſubiectū nālis phyloſophie. 5.
Utrum mori magis eligendum ſit q̄ ſcelus aliquod operari. 6.
Digreſſio de omnibus ꝓcedēdi modis. 7.
Utruz plures forme ſubſtantiales in compoſito inueniantur. 8.
Utrum noticia effectus cunctarum eius cauſaꝝ cognitionē ꝑexigat. 8.
Utrum cauſe intrinſece plus faciant ad cognitionē q̄ extrinſece. 9.
Utrū ſi per effectū demōſtretur cauſa: liceat per cām pp quid effectꝰ demōſtrari. 9.
Utrū eadē ſint nobis notioza ⁊ nāe. 10.
Utrū Ariſtoteles idē dixerit textu cōmenti tertij ⁊ quinti. 11.
Utrū vlia realia ſint ponēda. 11.
Quid ſit q̄ō prio itellectui ſortis occurrat conſiderandum. 12.

Digreſſiōes ſumme ſecunde primi phyſicoꝝ.

Utrū forma ſubſtātiali idiuiduū ſit hoc. 13.
Utrū ens reſpectu oiuz ſit p̄dicatū vniuocū. 15.
Utrum punctus ſit res abſoluta diſtincta realiter a quātitate. 16.
Utrū ſubſtātia ſit magnitudo. 17.
Utrum ſubſtantia materialis ſublata quātitate hēat ptes ⁊ ſit in loco. 17.
Utrū totū ſit oēs eius ptes ſimul ſumpte. 18.
Utrū poſſit totū geſcē ptibꝰ eiꝰ localr motꝫ. 19.

Digreſſiōes ſume tertie

Utrū i mā ſit ponēda potētia actiua. 21.
Utrū infiuitū hz q̄ ifinitū ſit ignotū. 22
Utrū cognitio totius pendeat ex cognitiōe partium quātitatiuarum. 23.
Utrū entia naturalia ſint maximo ⁊ minimo determinata. 24.

Digreſſio ſumme q̄rte.

Utrū p̄cipia rer nāliū ſint ẽ̄ria. 25.

Digreſſiōes ſūme qnte

Utrū qualitates oēs in elemētis ſint ſūme. 27.
Utrum corpus humanū ante inductionē aīe rationalis ſit in aliqua ſpē aīalis. 29.
Utrū ſortes ſit hō: ſorte nō exiſtēte. 29.
Utruz cōcedēda ſit forma generica ſubſtātialis coeterna māe p quā ſortes hēat q̄ ſit corpꝰ. 30.
Utrū dimēſio itermiata ſit materie coeterna. 30.

Digreſſiōes ſūme ſexte

Utrū potētia māe ſit eſſentia materie. 31.
Utrum priuatio ſit ens. 32.
Utrum materia prima ſit cauſa generationis ⁊ interitus. 33.
Utrum cōpoſitū tantū per ſe prio generet. 34.
Digreſſio de varijs modis acipiēdi mām. 74.
Utrū ſolū via nāli poſſit conuinci ſubſtātias abſtractas eſſe. 35.

Digreſſiōes p̄ie ſūme.

Secundi libri phyſicoꝝ.

Utruz ex parte principij actiui vel paſſiui mutatio ſit naturalis. 36.
Utrum ab extrinſeco reducatur aqua calefacta ad antiquā frigiditatez. 36.
Utrū res artificiales a rebꝰ nālibꝰ re ſeiūgāt. 36
Digreſſio de varijs principiādi modis. 37.
Utrū nām eē ſit per ſe manifeſtum. 38.
Utrū ñ poſſit niſi ope māe nātuz ſubici motui. 38
Utrū mā ſit alicuiꝰ pfectiōis eſſentialis ex ſe. 39.
Utrū ly nā analogice ꝑdicet de mā ⁊ forma. 39.
Quo nā pacto differant ſcia matheꝫ ⁊ nālis. 40.
Utruz abſtrabentiū ſit mendatiū. 40.
Utruz ſcie medie ſint magis mathꝫ q̄ nāles. 40.

Digreſſiōes ſcde ſūme.

Utrum mā diſtet a non ente. 41.
Unde cōſiſtat cauſalitas cauſe efficientis: finalis: materialis ⁊ formalis. 42.
Utrū eiuſdē effectus poſſint eē plures cāe. 42.
Utrū cā p ſe ſit illa q̄ cauſat ꝓpria virtute. 43.
Utrū cāus ⁊ fortuna ſint in ꝓtingēti raro tm̄. 44
Utrū oīa q̄ eueniūt de neceſſitate eueniāt. 44.
Utruz nihil volitū quin p̄cognitum. 44.
Utrū tres cāe poſſint adſeinuicē coincidē. 46.

Digreſſiōes ktie ſūme.

Utrū deus Benedictꝰ aliqd eē ſe ꝓhēdat. 46.
Digreſſio qua ſignificatōes termioꝝ p̄ie ⁊ ſcē intentōis panduñ ſm varias opiones. 48.

Digreſſiōes p̄ie ſūme

Tertij libri phyſicoꝝ.

Diſtinctio varias nominis motus ſignificatiōes aperiens. 48.
Utruz neceſſe ſit ignorato motu ignorari natura ⁊ ſit poſſibile aliqd moueri. 49.

Utruz ens p̄ius deſcendat in .x. p̄ñta: q̄ diuidatur per actum ⁊ potentiam. 49.
Declarantur tres modi relatiuoꝝ. 49.
Utrū nomē motꝰ ſit vniuocū vel analogū. 50.
Utrū motꝰ in pluribꝰ generibus reperiaf. 50.
Utrum hec ꝓpoſitio ſit vera motus eſt. 50.
Utrum mutatio mōmētanea: re: ſeiungatur a re permanente. 51.
Utrum augmentatio ⁊ alteratio a rebus pmanētibus re diſtinguantur. 51.
Utrum p̄dicamentum vbi ſit abſolutum vel reſpectiuum. 51.
Utrum diffinitio motus cōueniat motui nouo ⁊ eterno: continuo ⁊ interpollato. 52.
Utruz augmentatio ſit per minima. 52.
Utrū deſ reactio ſm q̄litates ewſdē ꝓportionatj. 53.
Utrū actio fundeſ in agēte: ⁊ paſſio i paſſo. 54.

Digreſſiones .ij. ſūme.

Utrum infinitū poſſit hēre rōnem principij. 56.
Utrū linee infinite q̄libet ps exiſtat infinita. 56.
Utrum numerus rerum exiſtentiuz actu neceſſario ſit finitus. 57.
Utrū rōes totiꝰ ⁊ ptis: maioritatj: minoritatis: eq̄litatj ⁊ inequalitatis infinitis ōmandenē. 57.
Utrū poſſit corpus infinituz habere grauitatem tantum finitam. 57.
Utrū deſ vltia ps ꝓportionalis continui. 58.

Digreſſiōes p̄ie ſūme

Quarti libri phyſicoꝝ.

Diſtinctio ō loco ꝓpoſito: ſimplici ⁊ formali. 59.
Utrum terra eē locum nālem nō ipedita tendat ad centrum. 59.
De differētijs poſitōis ⁊ loci. 60.
Utrū loci ſit locꝰ per accidens. 62.
Utrū locus ſit equalis locato. 63.
Utrū augmentum ſit motus localis. 63.
Utrū locus ſit corpus vel ſuperficies. 64.
Utrū īmobilitas ſit p̄prietas loci. 64.
Utrū vltima ſpa ſit in loco per centrum. 65.
Utrū motus celi ſit ſitualis. 66.
Utrū idē corpꝰ poſſit ſimul eē i plurib⁹ locis. 67.

Digreſſiones .ij. ſūme.

Utrum hec ꝓpoſitio ſit poſſibilis: vacuū ē. 69.
Utrū corpora carētia intrinſeca reſiſtentia in vacuo moueri poſſint. 69.
Utrū rō Ariſtotelis. 71. ꝓpoſitū ꝓcludat. 69.
Utrū rō Ariſt. 72. intentū oſtendat. 70.
Utrū mixta inalata reſiſtētiā hēant itrinſecā. 70
Utrū penetratio dimēſionū ſit poſſibilis. 71.
Uñ hēat mobile q̄ rarefieri ⁊ ꝑdēſari dicaf. 71.
Utrū eadē forma iueniaf a p̄cipio alteratiōis vſq; in finem. 72.

Digreſſiones .iij. ſūme.

Utrū tps ſit primū mobile regls motū. 73.
Utrū ſi ſunt plures celi ſint plura tpa. 73.
Utrum tempus ſit motus. 74.
Utrum motus ⁊ tps ſint q̄ſtitates ꝓtinue. 75.
Utrū numerꝰ diſtinguaf re a rebꝰ nūeratis. 75.
Utrū potētia ad nō eſſe ſit ifinita in futuro. 76.
Digreſſio de eternitate: euo ⁊ tempore 78.

Digreſſiōes p̄ie ſūme

quinti libri phyſicoꝝ.

Utrū ſit ꝓtētio in dictis Auerr. primo de anima 37. 5. phyſicoꝝ primo. 8. phyſicoꝝ. 27. 80.
Utrū qualitates ꝑie ſint cōpoſſibiles ſm certos gradus in eodē ſubiecto. 81.
Utrū motus ſit tm̄ in tribus p̄dicamētis. 82.
Utrū iſta ꝓña valeat: in ſubſtantia eſt ꝓtrarietas ergo motus 82.
Utrū relatio acquiraf p motum. 83.
Utrū habitus: qñ: ſitus: acgranf p motū. 84.
Utrum caliditas ſumma ſit remiſſa. 85.

Digreſſiones. ij. ſūme.

Utrū in ſubſtātijs inueniaf forma diminuta que poſtea fiat perfecta. 86.
Utrū aīal ſit ens ꝓtinuū vel contiguū. 87.
Utrū aſcenſus ⁊ deſcēſus: augmētū ⁊ dimiutio: ſint eiuſdem rationis. 87.
Utrū vnitas mobilis: tpis: ⁊ rei in q̄ ꝓſtituiē motus: ſatisfaciant vnitati motus numerali. 87.
Utrū eadē valitudo poſſit lōgo pmanē tpe. 88.
Utruz duo motꝰ ẽ̄rij poſſint eē vnꝰ motꝰ nūero. 88.
Utrū motus celi ſit equalis ⁊ inequalis. 89.

Digreſſiones. iij. ſūme.

Utrū ẽ̄rietas motuū noſcaf ex ẽ̄rietate termioꝝ a quibus ⁊ ad quos. 89.
Utrū poſſint alig motus ẽ̄riari adinuicē. 89.
Utrū qualitates ẽ̄rie ſint cōpoſſibiles ſm certos gradus. 91.
Utrū quies in tertio ad quē ſit pfectio motꝰ. 91.
Utrū ſenectus ſit ꝑter nām. 92.
Utrū tot ſint ſpēs ſanitatis quot egritudis. 92.
De diebus creticis ⁊ p̄diicatōe humoꝝ. 93.
Utrū quies violēta pēdeat ab aliqua cā. 94.
Utrum colores medij componanf formaliter ex extremis. 94.

Digreſſiōes p̄ie ſūme

ſexti libri phyſicoꝝ.

Quo nam pacto punctus in linea: ⁊ momentū in tempore inueniantur. 95.
Utrum forma accidētalis alteri aduenies poſſit illud reddere maius. 95.

Utruz in infinitū ꝙtinuū possit esse diuisuz. 96.
Utrū motꝰ ꝓponaf ex motibꝰ ñ ex mutatj eé. 97.
Utruz demonstratio qz sit demonstratio. 97.
Penes quid attendaf velocitas in quouis mo/tu: tanꝯ penes effectuz. 98.
Utruz omne quod mouetur: possit velociꝰ ꝛ tar/dius moueri. 99.
Utrū magnitudo ex magnitudinibus necessario componatur. 99.

Digressiões scde sūme.

Utrum hec ꝓpositio: oē qđ transmutaf est diuisibile: vera sit de quacūꝯ mutatione. 100.
Motus ꝛ ges nō mometo sz tpe mēsuranf. 102.
Quoduis mobile non indiuisibile sed diuisibile existit. 102.
Motus est diuisibilis diuisione mobilis tempo/ris ꝛ moueri. 102.

Digressio tertie sūme.

Utrum ipsius motus non ꝓncipiū sed finis assi gnari possit. 103.

Digressio q̄rte summe.

Utruz spatiū finituz possit transiri tpe infinito: ꝛ tempore finito spatiuz infinituz. 104.

Digressio qnte sūme.

Utrum indiuisibile moueri possit. 105.

Digressio ꝓie summe.

Septimi libri phȳsicoꝝ.
Utrum aliquid possit se reducere de potentia ad actum: ꝓmo ꝛ per se. 106.

Digressiões ktie sūme.

Utruz mouens ꝛ motū simul existant ꝛ in mouē tibus ꝛ motis sit ꝓcessus in infinitum. 108.
Utruz solum qualitates tertie speciei acgrantur per veram alterationem. 111.

Digressiões q̄rte sūme

Utruz vīr potentia duplicata vel resistentia sub/duplicata seq̄f motꝰ ꝑcise ī duplo velociꝰ. 113.
Utruz ꝓportiones potentiarū mouētiuz ꝛ velo/citates in motibus eodem proportionis ordi/ne proportionentur. 114.

Digressiões ꝓie sūme.

Octaui libri phȳsicoꝝ.
Utrum Aristoteles disserat de eternitate motus primi vel motus in cōmuni. 114.
Differentia inter intellecta in potentia ꝛ credi/ta in potentia. 115.
Utrū nō esse ꝓducti ꝑcedat ꝓductū tempore nō natura tantum. 116.
Utrū a volūtate eterna possit effectus nouus ꝓ/duci sine sui imutatione. 116.

Digressiones .ij. sūme.

Utrum detur etas consistentie. 118.
Utrū motus celi sit nālis ꝓ aiaz ꝛ ꝓ coꝓ. 119.
Utrū a medio elemēta per se primo mouea tur: ꝛ a seipsis ꝓ accidens tantū. 120.
Utrū aīa humana: qz in ea nō est idē intelligens ꝛ intellectū. nō sit eterna. 121.

Digressiones .iij. sūme.

Utrū animalia genita coitu ꝛ putrefactione sint eiusdem speciei. 122.
Utruz planete moueantur pluribus motibus re distinctis. 122.

Digressiões .iiij. sūme.

Utrum generatio alterationē precedat. 124.
Utrū motꝰ localis ꝑcedat oēs alios motꝰ. 124.
Utrum celum sit animatū. 125.
Utrum inter oēs motus contrarios cadat quies media. 125.

Digressiones .v. sūme.

Utrū totū moueat totū maiori tpe q̄ ps ptē. 126
Utrū celū sit cōpositū ex intelligētia ꝛ orbe. 126.
Utrum celum sit eternum. 127.
Quomodo ꝓiecta mouenf a proiciente. 127.
Utrū deus sit finiti vel infiniti vigoris. 128.

Finis.

Papie Impressa per Jacob de pauciſdra/pis de Burgofrancho Anno dñi 1507. die. 12. Julij.

Resolutis phȳe cultoribꝰ. Brande de portis ꝛ Francisco taegio Mediolanensibus. condiscipulis amantissimis. Hyeronimus Gablonetus Mantuanus. S.

Quam ea (doctissimi adolescētes) que annis superioribꝰ excellentissimꝰ phȳe interpres Tiberius Bononiensis: cuius felici auspicio ad capescenda peripateticorum dogmata accedimus: in Aristote. ꝛ Auer. ꝓfundissimas in dyaletica: nāli: diuinaq̄ phȳa: explicauerat snias: apud me essent: diuturnis vigiliȝ cōquisita: eam vero nālis phȳe parte que circa rez nālium prin/cipia versaf: presenti anno iterpretaturus esset: ne tanti doctoris ꝓceptus in tenebris absolutissimi ha/berent: ceteris quoq̄ gymnasijs me ꝓdesse arbitratus. (Bonū etenim q̄to melius tanto cōicabilius) Lecturā in octo de phȳsica auscultatione Arist. ꝛ Auer. volumina: quā Ticinēses preclarissimi phȳe cultores āno. M. B. ij. collegerūt: oī studio cognoscendā susceperi: recognitāq̄ impressioni mandandā curaui. Jd deinceps faciā vt reliqua ipsius volumina in lucē ꝓdeāt. Vobis vero excellentissimi adole scētes: cū ꝓceptoris nostri snias resolute ac ceteris diligēti⁹ noueritis: elaborandū erit ꝓfecto vt ipsius castigatissimi ꝓceptus habeanf. Valete. Batū Papie: quarto idus Julij. M. B. vij.

Hyeronimi vercellēsis Comitis stirpiane carmē. ad excelētissimū ꝓceptorē suū. d. Tyberiū.

Jam tua iam Tiberi portu firmata carina
Stat phȳsices: docta pallade vecta dea
Boctaq̄ cyaneas superauit cymba procellas:
Et ꝓuius ignotum iam patefecit iter:
Quo fit: vt insanis si qs iactetur ab vndis:
Hac modo fulcitus negligat arte minas:
Nunc tua daphnigena cinganf tempora lauro:
Et cadat eterno victima vota deo:
Victor adest hostesq̄ suos pede calcat ꝛ vrget:
Quattuor in niueis ecce triūphat equis.
Perq̄ coronatā spolijs pendentibus vrbez
Excipiat dominū turba diserta suum:
Hic age quis melius vel quis naz doctior vn q̄ȝ:
Scripserit in dictis o stagirite tuis:
Ut rapido fuluū spectatur in igne metallum:
Sic sua sunt doctis scripta ꝓbata viris:
Nunc age fraterno quisqs tibi iunctꝰ amore est
Gaudeat: ꝛ reduci det pia tura ioui:
At si quis: nomēq̄ tuuz: geniumq̄: laremq̄:
Odit: ad incultos exulet ille getas:
Caucaseasq̄ colat deserta in sede pruinas:
Ruraq̄ sarmatico semp operta gelu:
Uiscera primeui lanient rozantia nati:
Tantaleāq̄ ferant nocte dieq̄ sitim:
Mox vbi moze laceros anima fedauerit artus:
Sit preco: equozeis esca cibusq̄ feris:
Hec ego deuoueo: Tiberi sed dixit apollo:
Viuet: ꝛ eternū me duce nomen erit:
Longaq̄ tuz doctas abolebunt secula cartas:
Cum mare: cū tellus: cū ruet ąre polus:

Petri Virtuani pādinensis ad lectorē carmen.

Magnꝰ Aristotelis sūmas ad Auerrois arces
Perfaciles aditu strauerat ante vias
Sed multo suffossa lacu preruptaq̄ saxis
Semita: vix paucis peruia nuper erat
At Tyberi dumos: lapides: tetraſq̄ lacunas
Sustulit: ꝛ tutum cura parauit iter
Cymerias nemoꝝ tenebras: ꝛ vincula Gordi
Lerneam alcides perdidit ille feram.
Nunc magni phȳsicen stagyrite ꝛ Auerrois alti
Lucidius phebo suscipe lector opus.
He Tiberi te docte manent per secula grates
Quas ordo: ataq̄ etas nulla referre queat.